tibus ab oſſibus: ⁊ iſtud eſt quādo neruus cō/
iungitur ſupreme extremitati ipſius lacerti.
Tandeꝫ diuiditur in partes: ⁊ miſcetur exiture carnis la/
certus: ⁊ germinat in oſſe poſito ſub lacerto ligaturā: ⁊ mi
ſcetur cuꝫ neruo ⁊ carne: ⁊ demum ex omnibus iſtis exit
corpus vnuꝫ nominatuꝫ lacertus. Et quādo partes nerui
veniunt ad extremitatē inferiorem lacerti: tunc adunate
ſunt partes nerui ad partes ligamentoꝝ ſolum abſq; alia
ammixtiōe carnis: ⁊ tandē exit ab iſtis corpus nominatū
chorda: ⁊ h̄ chorda tendit donec iungatur extremitati iſe
riori illius membri. Et omnes lacerti ſm intentionē Gal.
exiſtentes in corpus ſunt. 529. Et dictuꝫ eſt ꝙ hec corpora
variantur in forma in quātitate: ⁊ in compoſitiōe: ⁊ quā/
do virtus ab iſtis germinatͬ: chorde in forma compoſitio
nis ipſoꝝ: tādē variantͬ in q̄titate: qm̄ aliqui ſūt magni ⁊
aliq parui. Magn⁹ ē ſic̄ lacertus poſitus ſupra coxā ⁊ par/
uus eſt ſic̄ lacertus poſitus ſupra oculuꝫ. Et variatio ipſo/
rum eſt in forma ꝙ tales ſunt ex lacertis quoꝝ caro ipſo/
rum nō miſcetur cū neruo: ⁊ variatio ipſoꝝ eſt in chordis
oriētibus ab ipſis: quoniā tales ex ipſis ſūt ꝙ chorda ori/
tur ex duobus lacertis: ⁊ tales ſunt a quib⁹ ambobus ab
vnoquoq; eoꝝ oriūtur chorde. 2. vel. 3. ⁊ hoc eſt ſm ꝙ con
uenit eis. Sed variationes ipſoruꝫ ex parte oppoſitionis
ipſoꝝ ſunt ꝙ aliqui ipſoꝝ oppoſitio ſua eſt in directo mē/
bri ⁊ aliqui non. Et ſi debemus loqui in vnoquoq; lacerto
lacertoꝝ hoc: verba eſſent ꝓlixa valde: nec eſſent huic ar
ti multū neceſſaria: hoc eſt ad medicinandū p cibos ⁊ me
dicias. Sꝫ cirugicis. i. opantibus cū ferro magnū eēt iuua
mentū. Et dico adhuc ꝙ poſt terminationē iſtaꝝ reꝝ par
uū lucrū cōſequeremur. Et ego narrabo de neruis qn̄ ero
locutus iuuamentū ipſoꝝ in libro ſanitatis.

¶ Capl'm. XVI. Quod eſt de forma capitis.

Forma capitis naturalis eſt rotunda habens
aliquā planiciē in vtroq; latere: ac ſi ymagina
tus fueris formaꝫ ceream rotundā eſſe cōpreſ/
ſam in vtroq; latere. Habens intrinſecus cō/
cauitates cōiungētes ſe adinuiceꝫ: ⁊ nominā/
tur cellule cerebri: ⁊ ſunt due exiſtentes in parte anterio/
ri cerebri ⁊ vna in medio: ⁊ alia in poſteriori parte: ⁊ ꝓpe
cōiunctionē iſtaꝝ cellularū. ſ. partis vnius cū altera: ſunt
corpora formata formis talibus vt ſint ꝯuenientes in ali/
quo tēpore ad claudendū vel ad aperiendū. Et iſunt cere
bro due additiōes germinate a duabus cellulis anteriori
bus ſimilibus duobus capitibus mamillaruꝫ deriuantes
vſq; ad os nominatū colatoriū: ⁊ iſtud eſt os pforatū fora
minibus multis: ſed nō per viā rectā ſed obliquā: ⁊ locus
iſtius in craneo eſt locus cui coniungitur extremitas na/
ſi. Et ex pāniculis duobus cerebri vnus ex iſtis eſt fortis
⁊ groſſus: ⁊ alius eſt ſubtilis. Subtilis cōiunctus eſt cere/
bro ⁊ noīatus eſt capitis ſecūdina vel ſecunda: ⁊ aſſimila/
tur ſecūdine: eo ꝙ in ipſo ſunt nerui ⁊ vene: ex qb⁹ nutritͬ
cerebꝝ: ⁊ ipſe ꝯtinuatͬ cerebro i aliqb⁹ locis. Et pāniculus
groſſus ꝯiungitͬ craneo: ⁊ etiā cerebro cōiungitͬ in aliqb⁹
locis. Et hic pāniculus fortis perforatus exiſtit foramini/
bus multis in locis duobus. Unus loc⁹ eſt in latere fora/
minis extremitatis naſi: ⁊ nominatus eſt colatoriuꝫ: ⁊ al/
ter eſt prope oſſe exiſtente in palato. Et iſtud ſimiliter eſt
perforatū ⁊ ſub cerebro. Et ſub panniculo groſſo eſt retis
q̄ in arabico noiatͬ alagema q̄ ē ex arterys aſcendētib⁹ ca
put. Sꝫ nuche ſpōdilia ipſaꝫ coopiunt ſicut os cranei coo
perit cerebꝝ: ⁊ ipſa circūdatͬ a duab⁹ pelliculis exeūtib⁹ a
duob⁹ pāniculis cerebri: ⁊ ex ipſa oritͬ nerui⁹ q ei ꝯiungitͬ.

¶ Capl'm. XVII. Quod eſt de forma oculorum.

Forma oculi compoſita eſt ex ſeptē tunicis et
tribus hūorib⁹. Prima ipſaꝝ ē q̄ ꝓpe craneū
moratͬ: ⁊ eſt tunica pannoſa: ⁊ ei⁹ ortus eſt ex
pāniculo groſſo exiſtente in cerebro: ⁊ noiatͬ
tunica fortis: ⁊ in arabico noiata eſt aluocha
alſalba. Et poſt ipſaꝫ verſus partē exteriorē eſt altera tu/
nica pānoſa. Et ei⁹ ortus ē ex panniculo ſubtili exiſtēte in
cerebro. Et noiatur ſecunda vel ſecūdina: ⁊ arabice almiſ
ſima. Et poſt iſtaꝫ ē tunica retina: ⁊ ortus eius ē ex anima
muſculi exeuntis a cerebro: ⁊ ē cōcauus. Et poſt iſtā in me
dio iſtius pāniculi ē corp⁹ vnū molle ⁊ hūiduꝫ noiatū hu/
mor vitreus: ⁊ in arabico alçegia. Et in medio iſti⁹ corpo/
ris ē corpus vnū ſpericū habens aliquā latitudinē ſimilē
grandini in claritate ⁊ albedine: ⁊ hec hūiditas nomiatur
grandinoſa: ⁊ ē corpus ꝓfundatū in hūiditate vitrea vſq;
ad medietatē. Et poſt aliaꝫ medietatē exiſtentem verſus
partē exteriorē. ſ. aeris ab hūiditate grandinoſa ē vnū cor
pus ſimile tele aranee: ⁊ illud ē in vltimo claritatis ⁊ ter/
ſionis: ⁊ noiatur tela aranea: ⁊ in arabico haantebuthia.
Et poſt iſtaꝫ verſus ptē exterioreꝫ exiſtit hūiditas vna ſi/
milis albugini oui: ⁊ noiatur humor albugineus: ⁊ aſcēdit
ſupra iſtā hūiditatē verſus partē exteriorē corpus vnum
ſubtile aſperū: noiatū in arabico maciuaru: verſus albugi
nē ex parte exteriori. Et color eius variatͬ in corporib⁹: eo
ꝙ alicui ē valde nigrum: ⁊ alicui minus: ⁊ alicui ē coloris
calcedony. Et in medio verſus grādinoſaꝫ ē foramē vnū
qđ qn̄q; dilatatur ⁊ quādoq; ꝯſtringitͬ: vice vna poſt aliā:
ſm ꝙ cōuenit humiditati grandinoſe quādo ē habēs lu/
ceꝫ: quoniā ꝯſtringitͬ in magna luce: ⁊ dilatatur in parua.

Et iſtud formē noīatur oculi pupilla: ꝛ h tunica nominaꝰ tunica pupillina. Et poſt iſtam ē coopertura vna corporis valde groſſi. ꝛ fortis: ꝛ clari. ſ. coloris celeſtis: ſimile colori ſerico ad modū cornu albi: ꝛ noīata ē tunica cornea: ꝛ color eius exiſtit ad modū eius tunice q̄ exiſtit ſub ea. Et aſcendit ſupra iſtud corpus vnū valde albū noīatū coniunctiua: preter q̄ nō cooperit locū nigredinis oculi: ꝛ iſtud nominaꝰ albedo oculi. Et eius ortus eſt ex pellicula q̄ ē verſus os exterioris cranei. Et ortus cornee ē ex tunica forti: ꝛ ortus vue eſt ex ſecūdina: ꝛ ortus aranee ē ex retina.

Capitulum XVIII. Quod eſt de forma naſi.

Orma naſi ſunt due vie diuidentes ſe in partes duas. Una earū deriuaꝰ ad extremitatem oris ꝛ alia aſcēdit deſuꝑ donec iungaꝰ oſſi ſimili colatori qḋ ꝯpoſitū eſt verſus duas additiōes anterioris partis cerebri ſiſtus capitibus mamillarum: ꝛ iſte vie circūdantur ex vna pellicula groſſa orta ex pellicula oris.

Capitulum XIX. Quod eſt de forma auris.

Ia auris eſt in oſſe petroſo: ꝛ ideo noīanꝰ in lingua arabica agaric: ꝛ in ipſo ſunt vie obliq̄ multe ꝛ tēdunt taſr ꝑ viā tortā donec iungātur muſculo gꝛato orto a cerebro a q̄ oriꝰ pellicula extēſa ſupra os petroſū. Sꝫ corpꝰ cartilaginoſum exiſtens exterius ē auricula noīatū: ꝛ iſtḋ ē manifeſtū.

Capitulum XX. Quod eſt de forma lingue.

Ingua eſt caro mollis ꝛ alba: inuoluta venis multis ꝛ paruis in quibus eſt ſanguis: ꝛ ſunt vene in ipſa ꝛ arterie ꝛ muſculi i q̄ntitate maiori vltra quo vt ſue magnitudini videꝰ ꝯuenire ꝛ ipſa cooperiꝰ pellicula oris. Et ſub iſta duo exiſtunt orificia ſungentia vſq̄ ad carnem glanduloſam ipſius que eſt poſita ſub radice ipſius.

Capitulum XXI. Quod ē de extremitate oris.

Xtremitas oris tēdit vſq̄ ad iſtas vias. vna ex pte anteriori: ꝛ illa noiatur cāna pulmonis. Et alia poſita ē poſt ipſaꝫ ex parte ceruicis ſupra ſpondilia colli: ꝛ hec noīaꝰ meri. Et ꝑ iſtā trāſit cibꝰ ꝛ potꝰ. Sꝫ ꝑ viam cāne pulmonis trāſeūt ſpūs ꝛ itrāt ꝛ exeūt ꝑ viā hancliꝰ: ꝛ poſitū ē ſupra viā iſtā coopertoriū vnū ad cooperiendū ipſaꝫ in hora deglutiēdi vt aliqḋ nō poſſit ſubintrare de eo qḋ degluttiꝰ: q2 ſi aliqḋ ſubītrat icōtinēti ꝓuocaꝰ tuſſis. Et iā ꝑparatū ē in hoc loco inſtrm vnū in quo eſt vox vſus orificiū cāne pulmonis: ꝛ iſtud inſtrm ē mebꝝ noīatū epiglotū: ꝛ in arabico hangera: ꝛ ipſū ē ꝯpoſitū ex tribus cartilaginibꝰ ꝯpōne pulcra ꝯuenīēti oē vociciō vt ſit edificata ꝛ fabricata ex iſtis tribꝰ cartilaginibꝰ cāpogna vna vel fiſtula ſiſſe campogne fiſtule. ſ. ꝛ flauboli. Et in cōcauitate iſtiꝰ campogne eſt corpus ſimile lingue fiſtule: ꝛ in iſtis locis ſunt lacerta multa vel ſecreta multa.

Capitulum XXII. Quod ē de anotomia totius vētris.

Lias q̄ cōcauitas totiꝰ vētris exiſtis ſub oſſe trachee vſq̄ ad os lumbi diuiſa ē in duas magnas ptes: vna ē ſuperius cooperiēs pulmonē ꝛ cor: ꝛ ſecūda ē iferius cooperiēs ſtōm: ꝛ inteſtina: ꝛ epar: ꝛ ſpen: ꝛ fel: ꝛ renes: ꝛ vulnā: ꝛ veſicā. Et diuidūꝰ iſte due ꝯcauitates mēbro vno nominato dyafragma: ꝛ iſtud dyafragma icipit a capite pectoris tendēs ꝑ diametrū iferiꝰ ad vnūq̄dq̄ duoꝝ lateꝝ donec deriuet. xij. ſpōdili nuche: ꝛ iſtud ē diuidēs iter ſuperiora ꝛ iferiora. Demū ꝯcauitas ſuperior diuidiꝰ in partes duas: ꝛ ille ptes diuiduntꝰ vno medio qḋ trāſit ꝑ mediū illaꝝ partiū donec iungaꝰ ſpondilibꝰ nuche. Et hec concauitas ſuperior tota noīatur pectus: ꝛ terminus ipſius eſt a ſuperiori parte duoꝝ trache vſq̄ ad dyafragma qḋ diuidit ſuperiora ab inferioribus: ꝛ hec eſt forma pectoris.

Cap. XXIII. Qḋ ē de anotomia pulmōis ꝛ cāne eius.

Anna pulmōis icipit ab extremitate oris ſicut diximꝰ: ꝛ q̄n deſcēdit ſub trachea diuidiꝰ i. ij. ptes. ꝛ q̄libꝫ ps ipaꝝ diuidiꝰ i pſībꝰ ptibꝰ: ꝛ circa ipſas edificata ꝛ fabricata ē caro pulmōis: ꝛ iteꝝ edificata ē ex oibꝰ iſtis cānis diuiſis: ꝛ venis exiſtibꝰ ſb ipſa caro pulmōis: ꝛ caro edificata ꝛ fabricata circa ipſas ē corpꝰ pulmōis: medietas vō pulmōis ē i cōcauitate dext: ꝛ medietas alia i ꝯcauitate ſiniſtra. Et cāna. ſ. ipſiꝰ pulmōis ꝑparata ē ꝛ ꝯpoſita ex cartilaginibꝰ i forma annuloꝝ: ſꝫ nō ſūt ānuli ꝯpleti: eo q̄ i q̄ntitate ptis tertie ānuloꝝ ipoꝝ extremitates ſue ꝯiūgūꝰ cū pellicle vni. ſ. pellicla vna tendēs ꝑ viā rectā: ꝛ ꝯiūgūꝰ iſti ānuli ſic vilꝰ ꝛ ligaturi mſti. Sꝫ iſti ānuli ꝓpe ſūt duri ꝛ cartilagioſi: ꝛ gibboſitates iſtoꝝ ānuloꝝ ſūt verſus ptē exteriorē corpis: ꝛ poſſūt palpitari manibꝰ. ſ. pellicla ꝯiūgēs ānulos ꝑ viā rectā. Sꝫ locꝰ rectꝰ ipoꝝ ꝯiūctꝰ ē meri. Et h ē ac ſi ymagiaꝰ fueris i corde tuo fiſtulā vnā vniꝰ cāne: ꝛ. iij. ps icīſa ſit i lōgitudinē ꝛ ptes. ij. itegre remaneāt ꝛ ps. iij. icīſa i lōgitudine ꝯiūcta ſit glutie cū carta vna cū ābabꝰ extremitatibꝰ linea recta ſiue perpendiculari: ꝛ tandem intelliges cānaꝫ pulmonis per viam conuenientē ꝛ rectam.

Cap. XXIIII. Qḋ ē de anotomia cordis ꝛ forma eiꝰ.

Orma cordis ē rotunda ad modū pinee q̄ in arabico noiaꝰ ſenuiara: ſed ē tranſuerſa eo q̄ acuitas cordis exiſtit verſus iferiora corpis: ꝛ radix verſus ſuperiorē ptē corpis. Et hꝫ pelliculaꝫ vnā groſſaꝫ circūdantē ipſū: ſꝫ nō ꝯiungiꝰ tota verſus radicē. Et poſitū ē i medio pectoris: ſꝫ caput eiꝰ. ſ. acuitas tēdit magis ad ptē ſiniſtram. Et arteria magna oriꝰ ex iſta pte. ſ. ſiniſtra: ꝛ iō appet pulſus maior i iſta pte: ꝛ ꝓp h imaginanꝰ aliq̄ q̄ cor ſit poſitū i iſta pte. Et hꝫ cor ꝯcauitates duas magnas: vnā ex pte dextra: aliam ex pte ſiniſtra: ꝛ verſus radicē ſuā ē res vna ſiſſe cartilagini: ꝛ ipſa ē q̄ſi fundamētū totiꝰ cordis: ꝛ a ꝯcauitate dextra ad ſiniſtrā ſunt vie: ꝛ in cōcauitate dextra ſunt orificia duo. Unū ipſoꝝ ē orificiū vene ꝯiuncte epati q̄ oriꝰ ab epe ſm .G. ꝛ a corde ſm Ariſ. Et ſupra iſtud orificiū ſūt pelli: ule tres aperiētes ſe ſeu dilatātes in hora itroitꝰ ſanguis i ipſū: ꝛ demū claudiꝰ clauſione ꝯueniēti. Et orificiū 2ᵐ ē orificiū vene ꝯiūgēs ſe ex iſta ꝯcauitate in pulmonē: ꝛ ē vena vna q̄ nō pulſat eo q̄ tunice ipſiꝰ ſūt groſſe ad ſilitudinē arterie: ꝛ iſtḋ orificiū hꝫ pelliculas aperiētes ſe ex ꝛ nō. ſ. nūc itꝰ ex aduerſo pelliculaꝝ alteriꝰ orificij. Et i ꝯcauitate ptis ſiniſtre ſunt duo orificia: vnū ē orificiū arterie magne: ꝛ hꝫ pelliculas tres apiētes ſe itriſecꝰ verſus ptē exteriores. Et 2ᵐ ē orificiū arterie ꝯiūgētis ſe in pulmōe: ꝛ ſupra iſtud orificiū ē pellicula vna aperiēs ſe itus ꝛ extra. Et hꝫ cor additiōes duas ſiſes auribꝰ: vna ex parte dxtra exiſtit ꝛ altera in ſiniſtra. Et pulmo ē volatiꝫans ſupra cor: ꝛ cor habet texturas multas variantes ſe in oppoſitione.

Cap. XXV. Qḋ ē de forma ſtōi ꝛ meri.

Am diximꝰ q̄ i extremitate oris ſūt vie due: vna ē via aie. ſ. aeris ad pulmonē: ꝛ 2a ē via cibi ꝛ potꝰ ꝑ meri: ꝛ hoc vocaꝰ meri: ꝛ iſtḋ ꝯpoſitū ē ex duabꝰ tunicis: vna ē extriſecꝰ ꝛ ē carnoſa: ꝛ textura ipſiꝰ tēdit i latitudinē. Et alia ē itriſecꝰ ꝛ ē neruoſa. ſ. muſculoſa: ꝛ textura ipſiꝰ tēdit in lōgitudinē: ꝛ aliqd ipſiꝰ tēdit ꝑ diametrū: ꝛ ipſū poſitū ē i poſteriori pte ſupra ſpōdilia colli: ꝛ ipſū elōgaꝰ ꝛ deſcēdit iferiꝰ donec tranſeat dyafragma ꝛ ligatū ē ſpōdilibꝰ ꝛ villis ipſm ligātibꝰ. Et q̄n trāſit dyafragma dilataꝰ: ꝛ fit ex ipſo ſtōacꝰ ꝛ tēdit aliq̄ntulus verſus ptē ſiniſtrā. Et iō dr̄ q̄ caput ſtōi geſcit in parte ſiniſtra: ꝛ fundū in pte dextra: ꝛ magis ergo in corde tuo cucurbitā vnā rotundā habētē colluꝫ longū: ꝛ cū ipſa

iūgat̄ collū alio᷑: ⁊ ſicītelligēs formā ſtōi ⁊ meri: niſi ꝙ ſto
machus exiſtit a latere verſus dorſuʒ aliquātuluʒ lōgus
⁊ vnū ex duobus capitibus ipſius ſtomachi ſuperius eſt
meri: ⁊ inferius ē ꝑncipiuʒ inteſtinoꝝ: ⁊ noīatur portana/
riū: ⁊ in arabico albeb: ⁊ ipſe. ſ. ſtomachꝰ ē ligatꝰ ſpōdilibꝰ
⁊ etiā cū aliqbus inteſtinoꝝ fortibꝰ ligaturis ſuſtinētibus
ipſuʒ. Et corp ſtomachi cōpoſitū ē ex tribꝰ tunicis: tex/
tura vnius tēdit in lōgitudinē: ⁊ alia vadit ꝑ dyametrū: ⁊
illa eſt itrinſecus: ⁊ eſt illa tunica ideſt neruoſa. al. muſcu/
loſa: ⁊ exterior ē carnoſa: ⁊ textura ipſiꝰ tēdit ī latitudinē.

Cap. XXVI. Quod eſt de forma inteſtinoruʒ.

INteſtina cōpoſita ſunt ex duabus tunicis: ⁊ habent texturaʒ tendētē in latitudineʒ ſoluʒ ⁊ ſup tunicā interioreʒ adeſt viſcoſitas noia/ta in arabico laſuen. inueſtita ex ipſa inuiſca/tiōe ſiue viſcoſitate a nā. Et oīa iteſtina ſunt ſex: tria minuta: ⁊ ſūt ſupiora: ⁊ tria groſſa ⁊ ſūt iferiora. ⁊ ꝑncipiū minutoꝝ eſt iteſtinū cōiūctū fundo ſtomachi no/minatū duodenū. Et poſt ipſuʒ ē inteſtinū noīatū ieiunū ⁊ iſta duo ſūt erecta in lōgitudine corporis: ⁊ orificia iſto/ruʒ cōiungūtur in epate plus alijs inteſtinis: ⁊ poſt ieiunū eſt inteſtinū nominatū gracile: ⁊ ipſuʒ reuoluit̄ reuoluti/onibus pluribus. Et latitudo iſtoꝝ triū inteſtinoꝝ eſt ad modū vl̄ ad quātitatē latitudinis portanarij. Et poſt iſta eſt inteſtinū noīatuʒ orbuʒ: ⁊ iſtud inteſtinū ē latuʒ nō ha/bens trāſituʒ nec iter: ſed ſimile ē fiſculo vel marſupio: ⁊ q: nō habet niſi vnū os: ideo per ipſuʒ intrat ⁊ exit qcqd intrat ⁊ exit: ⁊ ipm̄ ē in parte dextra poſitū: ⁊ poſt iſtud eſt inteſtinū noīatuʒ colon: ⁊ incipit a parte dextra tendēs ꝑ latitudinē ventris ad partē ſiniſtrā. Et poſt iſtud ē inteſti/num rectū: ⁊ iſtud inteſtinuʒ rectū habet cōcauitatē am/plam in qua coadunātur feces: ſicut vrina in veſica coa/dunatur: ⁊ ſup orificiuʒ iſtius ē lacertus vrine.

Cap. XXVII. Quod ē de forma epatis.

EPar poſituʒ ē in latere dextro coſtarū ſupe/rioruʒ ex coſtis ſuperioribꝰ: ⁊ forma ipſius ē forma lune: ⁊ ē habēs cōcauitatē in parte la/teris ſtomachi ⁊ additamēta: ⁊ aliqbus iſunt quattuor: ⁊ aliquibꝰ qnq;: ⁊ ipſuʒ ē cooperiēs ſupra latus dextrū ſtomachuʒ: ⁊ gibboſitas ipſius ē ver/ſus dyafragma: ⁊ ē ligatū ligamētis cōiungētibꝰ ſe pelli/cule exiſtēti ſupra ipſuʒ: ⁊ orit̄ a ꝯcauitate ipſius epatis ca/nale vnū noīatū ianua epatis: ⁊ forma ipſiꝰ ē forma vene: niſi q: ē nō habēs ſanguinē: ⁊ illud canale ē diuiſuʒ in par/tes: ⁊ ille partes ſūt partes multe in quātitate multa: ⁊ ve/niūt ex ipſis. ſ. partibꝰ ꝑtes multe ad fūdū ſtomachi ⁊ ad inteſtinū noīatū duodenū: ⁊ multe etiā ꝑtes ad iteſtinuʒ veniūt ieiunū: ⁊ demū ad reſiduū alioꝝ iteſtinoꝝ donec iungant̄ inteſtino recto. Et iſtud canale qd̄ ē in porta epa/tis diuidit̄ etiā in partibꝰ interioribꝰ ipſiꝰ epatis ad ꝑtes minutas. ſ. ad venas capillares ſilēs capillis. Et a parte gibboſitatis epatis appet vena vna magna a qua oēs ve/ne totius corpis volāt ſiue exeūt: ſicut diximus in anoto/mia venarū: ⁊ radix ipſiꝰ vene diuidit̄ ab epate ad ꝑtes minutas ſilēs capillis: ⁊ obuiatur in ꝑtes diuiſas a canali noīato porta: ⁊ nutrimētū chimoſū itrat in epate per ſuā ianuā: ⁊ in illis venis decoq̄t̄ donec redeat ad ſanguinē: ⁊ demū exit ꝑ illā venā magnā exītē in ſua gibboſitate.

Cap. XXVIII. Qd̄ eſt de forma ſplenis.

FOrma ſplenis eſt lōga: ⁊ poſitū eſt in parte ſi/niſtra ligatuʒ ligamētis cōiungentibus pelli/cule exiſtentibus ſupra ipſuʒ: ⁊ eſt cōtinuatū ſtomacho ex vna parte: ⁊ ex alia parte coſtis poſterioribus: ⁊ orit̄ ab ipſo conducta duo vnum ex ipſis cōiungitur ori ſtomachi ⁊ aliud coniungit̄ in epate verſus concauitatem.

Cap. XXIX. Qd̄ eſt de forma fellis.

FEl poſitū eſt in epate: ⁊ habet vias duas: vna coniungitur in concauitate epatis: ⁊ alia ra/mificatur ⁊ coniungitur inferioribus inteſti/nis ⁊ in fundo ſtomachi.

Cap. XXX. Qd̄ eſt de forma ⁊ anotomia renum.

DUo renes poſiti ſūt in latere duoꝝ laterū ſpō/diliū nuce ꝓpe epar ⁊ ren dexter ē in altiori loco rene ſiniſtro: ⁊ vnūquodq; hʒ colla duo: vnū ipſoꝝ ꝯiūgit̄ in vena magna aſcēdēte a gibboſitate epatis: ⁊ aliud deſcēdit inferius donec cōiungat̄ in veſica cōiunctione mirabili: ⁊ iſte due vie. ſ. iſta duo colla nominant̄ in arabico alalbin.

Cap. XXXI. Qd̄ eſt de forma veſice.

LOcus veſice ē iter anū ⁊ vmbilicū: q locꝰ eſt noiatꝰ in arabico ana: ⁊ ꝯpoſita ē ex duabꝰ tu/nicis: ⁊ in orificio ſui ē lacertꝰ vnꝰ: ⁊ vrina ve/nit a renibꝰ ad ipſaʒ ꝑ vias noiatas albalbin: ⁊ iſte due vꝭe tēdūt ꝑ dyametrū: ⁊ vadūt etiā ꝑ longū do/nec trāſeāt infra in veſicā: ⁊ orit̄ ab ipſis corpꝰ vnū ſimile pellicule que aperit veſicam ⁊ claudit eā ex parte renū: ⁊ iſtud ē ſine dubio vt aliqd nō redeat de vrina ad renes.

Cap. XXXII. Qd̄ eſt de anotomia mirac ⁊ zirbi.

MIrach qd̄ ēt ī arabico noiat̄ mirach. hʒ ſub la/certo exīte ī veſtito ſub vētre pelliculā vnā: ⁊ ē plana: ⁊ poſt iſtā ē cooptoriū: ⁊ poſt ſunt i/teſtina: ⁊ iuuamētū iſtiꝰ pellicule eſt ad obui/andū ne iteſtina ſil̄ ꝯmiſceātur: ſicͭ fit ī egri/tudine ī arabico noiata ſachot. ⁊ iuuamētū cooptorij ē ad calefaciēdū iteſtia: ⁊ de iſtis ero locutꝰ largiꝰ ī lib. ſanitat̄.

Cap. XXXIII. Qd̄ ē de anotōia veretri ⁊ teſticuloꝝ.

ORitur ex oſſe vmbilicali corpꝰ neruoſuʒ: mu/ſculoſuʒ amplū: ⁊ multaꝝ cōcauitatuʒ: ⁊ ſunt ſub ipſo arterie multe ⁊ late vltra eo ꝙ cōue/niret ſue magnitudini: ⁊ iſtud corpꝰ ē veretrū ⁊ orīunt̄ a pellicula vie due noiate in arabico albarbachi: ⁊ demū ramificat̄ ⁊ gñat̄ ex ipſis pellicula. ſ. burſa teſticuloꝝ ⁊ ēt teſticuli: ⁊ veniūt a latere iteriori ex ꝑte venaꝝ inferioꝝ rami habentes inuolutiōes ⁊ ligamē/ta multa: ⁊ circundant̄ carne glanduloſa alba: ⁊ habēt te/ſticuli vias duas venientes ab ipſis ad veretruʒ.

Caplm. XXXIIII. Qd̄ ē de anotomia mamillaꝝ.

MAmilla ē cōpoſita ex arterijs: venis ⁊ muſcu/lis: ⁊ ē repleta carne glanduloſa alba: ⁊ iſte ar/terie ⁊ vene diuiſe ſunt in mamillis in partes multas minutas: ⁊ reuoluunt̄ ⁊ torquent̄ re/uolutionibꝰ ⁊ tortionibꝰ multis.

Cap. XXXV. Qd̄ ē de anotomia vulue.

VUlua poſita ē iter veſicā ⁊ iteſtinū rectū: ſed eſt ſuperans veſicā ex ꝑte ſupiori: ⁊ ligata eſt ligaturis lenibꝰ: ⁊ ipſe ſūt muſculoſe: vt de fa/cili poſſint extēdi ⁊ dilatari ⁊ coadunari ⁊ cō/ſtringi: ⁊ hʒ cameras duas iungētes ī vno orificio: ⁊ q̄libʒ iſtaꝝ camerarū hʒ loca concaua: ⁊ noiata ſunt in arabico aluech: ⁊ iſta ſunt orificia venaꝝ: vn̄ ſanguis mēſtruꝰ trā/ſit in vuluā. Et poſt illas. ſ. duas cameras ſūt additiōes q̄ teſticuli duo mulieris dicunt̄ ⁊ ſūt minores teſticulis vi/rorū. Et id qd̄ ſuperat ex vulua durat vſq; ad orificiū ipſiꝰ qd̄ nominatū ē in arabico fereg. habet additamenta pro/hibentia ipſum a frigore. Et orificiū vulue virginis ē criſ/puʒ: ⁊ ex criſpitudie illa oriunt̄ vene miute hñtes pellicu/lā vnā ꝯtextā duabꝰ texturis: vna tēdit in lōgitudinē: ⁊ il/la ē mior: ⁊ altera vadit ī latitudiē. Et q̄ntitas huiꝰ anoto/mie mēbroꝝ ſufficiat hic: ⁊ ſi aliq volūt plꝰ addere addāt.

Explicit liber ꝑmus. Colliget auerroys qui fuit liber de anotomia.

¶ Incipit liber ſecundus: qui eſt de ſanitate: ⁊ eſt conti-
nens capitula viginti ⁊ duo.

¶ Capitulum. I. Quod eſt de ſanitate ⁊ de complexione
atq; compoſitione membrorum in vniuerſali.

Sanitas eſt bona diſpoſitio in membris corporis humani: cuꝫ qua ipſius operaſ operationē quā habet agere per ſui naturā: ⁊ patitur paſſionē quā habet pati. Et iſta diffinitio eſt ex diffinitionibus ꝑ ſe notis. Et ideo q2 mēbrorum ſꝫ ꝙ teſtificatur ſenſus ſunt due ſpecies: cōſimilis ⁊ officialis: debemus intelligere in vnaquaq; ſpecie ipſorū quid ipſa eſt: ⁊ ponere differētias earū: ⁊ poſtea debem⁹ enarrare que eſt actio ⁊ paſſio que appropriaſ vnicuiq; mēbro: ⁊ quādo nos faciem⁹ iſtud: tūc cognoſcem⁹ quid eſt ſanitas vera cognitione. Et incipimus loqui ſuper corpus ꝯſimiliū partiū. Et dicim⁹ ꝙ via in cognitione rei cuꝫ qua operaſ mēbrū cōſimile ſuas operationes: ⁊ patitur ſuas paſſiones: eſt via per quā nos poſſum⁹ certificari in radicibus iſtius ſcientie: poſtq̄ nos reperimus hec verba declarata in nāli philoſophia. S. ꝙ omnia corpora ſimiliū partiū: inq̄tuꝫ ſunt ſimiliū partiū: ſunt cōpoſita ex quatuor elemētis. ſ. ex igne: aere: terra: ⁊ aqua: ⁊ eſt declaratū in libro gñationis ⁊ corru. ꝙ via gñationis non eſt niſi ex parte tēperātie cōmixtiōis ⁊ ꝯplonis. ⁊ in q̄rto metheurorū eſt declaratū ꝙ ꝯplexio ⁊ cōmixtio nō fit niſi per modū decoctiōis: ⁊ decoctio ñ fit niſi ꝑ calorē. Et ꝙ differētia que reperiſ in iſtis corporib⁹ cōſimilib⁹ nō euenit niſi ſm differētiā ⁊ menſuraꝫ ſeu tēperātiā calidi: frigidi: humidi: ⁊ ſicci. ⁊ ſm ꝙ inueniſ in eis alia forma tēperātie: ⁊ eſt determinatū ibi ꝙ forme corꝫ nō ſunt aliud q̄ forme tēperantie cōplexionalis: ⁊ ꝙ accidētia que ſunt ꝓpria in vnaqueq; ſpecie ipſoruꝫ nō ſunt ſtantia per ſe: ſed ſunt ſequentia formas cōplexionales. Et hec eſt narratio q̄ erat multuꝫ neceſſaria anticipare hic. Et ſunt verba que ſunt declarata in naturali philoſophia ꝑ demōſtrationes proprias ⁊ ordinatas. Et quando medici ſtudent tractare de iſtis rebus in hō arte: eorum verba nō ſunt ſuper iſta nec propie: nec ordinata: eo ꝙ ſtudent attribuere res vniuerſales entibus particularibus: ⁊ ideo eoruꝫ dicta non ſunt propria: ⁊ non ſunt ſuper viam quā intendunt probare: ⁊ tunc cadunt in re quā credunt adducere per demōſtrationes. Et iſta res accidit Gal. in libro de complexione. S. ꝙ doctrina eius in illo libro non incedit ſm doctrinā quam fecit in libro de elemētis per viaꝫ demonſtratiuam: ⁊ iſta verba erunt multum leuia apud illuꝫ qui ſtuduerit in logica etiaꝫ paruo tempore. Et modo volumus reuerti ad ordinē verborꝫ noſtrorꝫ: ⁊ dicimus ꝙ iſte res quādo erūt ſm modū quē diximus: tunc erit intellectū ꝙ res quam diximus ꝙ mēbrū cōſimile agit cū ea actione ſuā aut paſſionē ſuā patiſ nō eſt alia res q̄ forma cōplexionalis que ꝓuenit a mēſura cōmixtiōis quatuor elemētorꝫ. Et quōres miſcibiles nō inueniunſ i mixto niſi duobus modis. Unus eſt vt menſure ſint equales: ⁊ iſta mixtio vocatur mixtio equalis cōparādo ipſaꝫ extremitatib⁹: eo ꝙ eſt in medio earū nō declinās. Secūdus eſt vt nō ſint inequalibus mēſuris: ⁊ iſta etiā inequalitas eſt multis modis: ⁊ ſꝫ iſtā inequalitatē ſunt diuerſificate ⁊ inequales facte cōplexiones ſpecierū. Sed dabimus ꝑ exēplo hui⁹ ꝙ ſicut ꝯplexio equi eſt diuerſa a ꝯplexione bouis: ideo q2 mēſure elemētorꝫ ſunt mixte in eo ſup latitudinē diuerſaꝫ cōmixtionis mēſurarū earū in boue. Et ideo ꝙ illa forma ꝯplexionalis que eſt ꝓpria in vnaquaq; ſpecie inueniſ in ipſa eadē ſpecie inequalitate ⁊ diſtēperantia media iter multaꝫ ⁊ paruaꝫ: ⁊ etiaꝫ habet latitudinē que recipit plus ⁊ minus itra extremitates: que tēperantia ⁊ equalitas nō exit

de eis niſi qñ corrūpitur forma ſpecifica earū: neceſſe eſt ex hoc ꝙ vna ⁊ eadeꝫ cōplexio ſpecialis ſit equalis ⁊ exiens ab equalitate. Et iſtud ē aut in vna quattuor qualitatuꝫ aut in duab⁹: quarū poſſibilis ē cōpoſitio adinuiceꝫ. ſ. actiuarū ⁊ paſſiuarū: quaruꝫ vna nō ꝯdicit alteri. ſ. calida ⁊ humida: frigida ⁊ ſicca: aut calida ⁊ ſicca: frigida ⁊ humida. ergo cōplexiones cōſimiliuꝫ partiuꝫ ſunt de neceſſitate. ix. ſ. equalis. ca. fri. ſic. ⁊ hu. aut ca. ⁊ hu. aut ca. ⁊ ſic. aut fri. ⁊ hu. aut fri. ⁊ ſic. Sed ſi inueniunſ iſte. ix. in corpore hominis in fine ſimilāt ſuni extremitatis elemētorꝫ in menſura qualitatū. Iſtud autē nō poſſet eſſe ſi nō eſſet poſſibile inuenire corpus cōſimiliū partiū: in quo mēſure elemētorū eſſent equales penitus in quātitate. Et vie ſpeculationis multū neceſſarie ſunt hic: tūc apparet ꝙ ē impoſſibile eſſe h in quātitate partiū corꝫ. ſ. in grauitate ⁊ leuitate. Jō qō dominās ſup corpa partiū cōſimiliū ē aqua ⁊ terra ideo habēt coagulationē ⁊ firmitudinē: ⁊ q̄litates q̄ faciūt ipſa firmari ⁊ cōpleri ſūt ille q̄ faciūt coctionē ⁊ digeſtionē: ⁊ ideo eſt appropatū generabile. ſ. nāle dñationi ꝑis agētis ⁊ calide: ⁊ patiētis hu. cū q̄bus fit mixtio ⁊ coctio: ⁊ totuꝫ hoc eſt declaratū in. iiij. metheaurorꝫ: ⁊ ab illis regulis eſt probatuꝫ ꝙ cōplones nō ſunt niſi q̄nq; ſolū: vna ſcilicet equalis ⁊ quatuor inequales. Et ꝙ eſt impoſſibile duo corpora inuenire q̄ ſint eq̄lia in caliditate ꝙ vnū ſit ſiccius aliꝫ: ſicut opinaſ. S. in puero ⁊ iuuene: ⁊ iā declarauimus iſtud in alio loco melī⁹. Et ſcias in ſumma ꝙ mēſure duaruꝫ q̄litatū actiuarū ſumūtur a mēſuris duarꝫ qualitatuꝫ paſſiuarꝫ: eo ꝙ forme ꝓpie hñt materias ꝓpias ſub eis. Et nos videm⁹ ſi nos exirem⁹ ab intentōe publica multitudinis medicorꝫ eēt difficile intelligere: ⁊ ideo nos loquimur de hoc nimis. Et adhuc error qui accideret ex hoc in hac arte eſt multū paruus: ⁊ iō nō facim⁹ hic nouū ꝓceptū. Et etiā error quē dixim⁹ de tēperata cōplexiōe eſt paru⁹. Et ideo dicim⁹ ꝙ eſt verū verbū. S. de eo ꝙ dixit de cute vole man⁹. Et magis in iſta pala vl' palma apud arabes ⁊ ſonat pro extrema parte palme verſus digitos palme: et plus in iſta que eſt ſuper partes que vocatur formiculara. Et quādo erit totū hoc qō narrauim⁹: tūc res cū qua operanſ partes ꝯſimiles ſuas actiōes aut patiunſ ſuas paſſiones eſt de neceſſitate vna iſtarꝫ nouē cōplexionū: ſiue ſint ptes ꝯſiſtes aliqs ſiue nō. Et ideo neceſſariū ē ſcire naturales cōplexionē de iſtis nouē cōplexionib⁹ cuiuſlꝫ mēbrorūꝫ: ꝙ illa cōplexio eſt tēperata ꝯparādo ipſaꝫ actionī mēbri aut paſſioni eius. Et iſta temperantia eſt illa que eſt dicta tēperantia ſpecialis ſpeciei: ⁊ ipſa eſt illa cōplexio quā oporꝫ ꝯſeruari in hac arte aut reſtaurari. Et quādo ſtabimus ſup cōplexionē cuiuſlibet mēbrorꝫ cōſimiliū: tūc ſtabimus ſup complexionē membrorꝫ compoſitorꝫ ex ipſis. Et quādoq; ꝑ̄ſciō ideo ꝙ ꝯplexio quedā eſt q̄ appropriatur membro officiali inquātū eſt officiale: ⁊ quedā eſt appropriata ei inquātū ē ꝯſimiliū partiū: nō ex parte vnde ē officiale. Et quādo nos ſtabim⁹ ex hac parte ſuper cōplexionē cuiuſlibet mēbri membrorꝫ officialiū: nunc poterimus ſtare ſup complexionē temperatā appropriatā toti corpori: iō ꝙ cōplexionē nos nō appropriamus niſi in hoc ꝙ eſt inuenta mēbris officialibus ex quib⁹ eſt ꝯpoſitū: ⁊ ex mēbris officialibus: ⁊ ex parte conſiliū. Et eſt neceſſe vt ſcias in primis ꝙ ex mēbris vel corporibus quedā ſunt ꝯpoſita ex elemētis ꝑma compoſitione: ⁊ quedā ſunt cōpoſita mediante ꝑma cōpoſitione. Et mēbra ꝯſimilia q̄ ſunt partes animalis ſunt huiuſmodi ſpeciei: ideo q2 non generantur niſi ex ſanguine ſolūmodo: ⁊ ſanguis generatur ex cibis ⁊ potib⁹. Et ſcias ꝙ ſperma nō eſt ex reb⁹ q̄ ſunt pars membri aut ſimpliciter aut aliquō aliud mēbrorꝫ: ſicut declaratuꝫ eſt in naturali philoſophia. Et ego faciā longioreꝫ ſermonem in tractatu de iuuamēto mēbrorūꝫ. Nec etiā melan

colia:colera:⁊ flegma ſunt elemēta mēbrorūꝫ cōſimiliū per viaꝫ ſm̄ quā eſt ſanguis. Ideo ꝙ res que generantur pluſq̄ ex vna re nō complētur: niſi quando miſcentur ille res adinuiceꝫ: ⁊ faciūt vnū corpus: ſicut eſt ſgngibin: qḋ fit ex cōmixtione mellis cuꝫ aceto ⁊ aqua: quorū quodlibet ſtabat per ſe in actu. Et in vulua nō inueniunt melancolia nec colera in actu que miſceant cū ſanguine ad hoc vt ſint poſtea pars membri. Sed colera ⁊ melācolia ſunt in corpore hominis ex certis iuuamētis: que nos feſtinamus declarare. Sed flegma eſt materia remota: ideo ꝙ ex ipſo nō generant membra niſi quando fit ſanguis. Et due colere nō ſunt materie mēbri nec ꝓpinque nec remote: ideo quia eſt impoſſibile ipſas cōuerti in ſanguineꝫ: ſed ipſe ſunt in eo in potentia: qꝛ quādo corrumpit multotiēs cōuertitur ad eas. Et nō fecit eos errare in hoc niſi locus conſequentis: ideo qḋ viderūt ꝙ elemēta nō inueniunt in cōpoſito ex eis niſi in potentia: cuꝫ dixerūt hoc. Sed ⁊ non cōuertitur ꝙ res que inuenitur in alia re in potentia ſit eius elementū: ſed ſanguis eſt yle tranſibile vel mutabile ad aliā rem per accidēs nō ſicut eſt yle cibus iſtoruꝫ per accidens: ſed ſicut vita eſt yle mortis. Et ideo nō dicitur ꝙ fex ⁊ ſpuma ſit elementū vini: ſed dicitur ꝙ vinum eſt completuꝫ exiſtentibus ſeparatis iſtis ab eo: ideo quia ſunt eius ſuperfluitates ſeparate ab eo quādo digeritur: ita ſunt vere due colere cum ſanguine: eo ꝙ quodlibet generabile habet aliquā ſuperfluitateꝫ que ſeparat ab ipſo tempore digeſtionis.

¶ Capitulū. II. Quod eſt de complexionibus membrorum conſimilium.

Et poſtq̄ eſt declaratuꝫ iſtud: reuertemur ad ordineꝫ noſtrum ad enarranduꝫ complexionem quorūlibet mēbroruꝫ conſimiliū: ⁊ ab illo procedemus ad cognitionē eoꝝ actionum ⁊ paſſionū: ⁊ dicemus ꝙ oſſa apparent ex ſuo eſſe: ꝙ frigiditas ⁊ ſiccitas dominat ſuper ea: ⁊ ſimiliter cartilagines: ⁊ pili: ⁊ chorde: ⁊ ligamenta: ⁊ nerui: ⁊ vene: ⁊ pāniculi: eo ꝙ calor ea coxit: ⁊ frigiditas cōgelauit: ⁊ iō mollificat ea calor aut diſſoluit. Et iſta qualitas ē in vno eoruꝫ pluſq̄ in alio. Et videt ꝙ ſiccior omnibus ſit pilus: poſt illuꝫ os: ⁊ poſt illud cartilago: ⁊ poſt ligamētuꝫ: ⁊ poſt illud pāniculus: ⁊ poſt illū vene: ⁊ poſt illas ſunt vene pulſatiles: ⁊ poſt illas neruus vel muſculus. Sed ſuperfluitas frigiditatis eoꝝ eſt iſta: ꝙ pilus eſt frigidior omnib⁹: ⁊ poſt illuꝫ oſſa: ⁊ poſt illa cartilago: ⁊ poſt illam ligamentum: ⁊ poſt illud pāniculus: ⁊ poſt illuꝫ lacertus: ⁊ poſt illū vene pulſatiles: ⁊ nō pulſatiles. Et iſta mēbra. f. ⁊. s. nō appropriant frigiditati niſi ꝓpter hoc ꝙ frigiditas eſt illa que complet ea: ⁊ dominatur in eis: nō ꝙ ipſa ſint priuata calore: ſicut ipſa ſunt appropriata ſiccitati: ideo ꝙ ſiccitas eſt illa que complet ea: ⁊ dominatur in eis: nō ꝙ ſint priuata humiditate: quia mixtio ⁊ digeſtio ſtant ſuper humiditateꝫ: ⁊ calor qui eſt in iſtis eſt in ſpecie ſpecieruꝫ accidētis. Sed mēbra ſuper que dominatur calor ⁊ humor ſunt caro: ſanguis: ⁊ ſpiritus. Sed calidius omnib⁹ eſt ſpiritus ⁊ poſt illuꝫ eſt ſanguis: ⁊ poſt illuꝫ caro. Et per iſtaꝫ eandē viaꝫ incedunt humiditates: ideo ꝙ ſpiritus eſt de genere aeris: ⁊ aer eſt humidior aqua ſicut declaratū eſt in naturali philoſophia. Sed inter mēbra frigida ⁊ humida in ṗmis eſt adeps: ⁊ poſt illū eſt piguedo: ⁊ poſt illā cerebrū. ſ. ſubſtātia medullaris: ⁊ humiditates icedūt ſm̄ hāc viaꝫ. Et hic eſt pelagus: in quo aliquis multū haberet nauigare ſi tempus adeſſet. Et in alijs noſtris libris iam locuti ſumus prolixe. Sꝫ multuꝫ recordare: ⁊ caue ne obliuiſcaris quod dictuꝫ eſt ſupra. ſ. ꝙ de neceſſitate eſt ꝙ ſint gradus virtutum actiuarum ſuper vnam ⁊ eandeꝫ complexionem ſm̄ comparationeꝫ graduū virtutum paſſiuaruꝫ ⁊ non intendas poſt conſiliuꝫ ignoratum in hoc: ⁊ conueniens eſt medico recipere complexionem iſtorum membrorum a naturali.

¶ Capitulum. III. Quod eſt de complexionibus membrorum officialium.

Et nunc icipiemus a complexione membroruꝫ officialiuꝫ poſtq̄ diximus de cōplexione cōſimiliuꝫ. Et dicimus ꝙ cor poſtq̄ eſt cōpoſituꝫ ex pāniculis ⁊ ligamētis ⁊ neruis eſt de neceſſitate calidū ꝓpter multū ſpiritū exiſtētem in eo: ⁊ ꝓpter ſanguineꝫ exiſtentē in eo: ⁊ etiaꝫ ꝓpter parteꝫ carnoſaꝫ quā habet: ⁊ ſtat in corpore ad ſimilitudinem vnius clibani ignis in domo. Sed ſi eſt ſiccū ſicut dicūt medici: aut tēperatū: aut declinās ad humiditatē: hoc eſt ſpeculāduꝫ: Sed mihi videt ꝙ eſt declinās ad humiditatem ꝓpter ſpirituꝫ exiſtenteꝫ in eo. Sed illud quod videtur ex epate ex ſua eſſentia eſt ꝙ ſit calidum ⁊ humidum. Propterea quia maior pars ſuarum partiuꝫ eſt carnoſa: ſanguinea: ⁊ etiam ad ipſum tranſmittuntur multe arterie. Et hic multa ſunt ingrenda: ⁊ qꝛ medico nō pertinent: ideo dimittamus. Et cerebrū eſt frigidū: ideo ꝙ maior pars ſuarū partium eſt ſub̄a medullaris ⁊ neruoſa: ⁊ ſimilis huic. Et natura medulle que eſt in ipſo eſt diuerſa a natura medulle que eſt in oſſibus: qꝛ tu vides ꝙ nō eſt in eo pars pinguoſa: aut vnctuoſa: ⁊ quādo coquit ad ignem ingroſſatur: ⁊ deſiccat: ideo ꝙ pars aquoſa que ē in eo reſoluit ꝓpter calorē: ⁊ remanet pars terreſtris. ¶ Et quēadmodum diximus de cerebro: eodeꝫ modo diximus de nucha. Sed ſplen ⁊ renes ipſa etiā ſunt de mēbris calidis ⁊ humidis: q̄uis renes ſint in hoc ſub ſplene in gradu propter groſſitiem ſanguinis q ſtat in ſplene: ſicut ſplen eſt in hoc gradu ſatis inferior epate.

¶ Capituluꝫ. IIII. Quod eſt de complexione tēperata ⁊ de diſtemperatis totius corporis.

Et poſtq̄ eſt declaratuꝫ in cōplexione membrorum officialiuꝫ ⁊ conſimiliuꝫ ab iſto poſſumus cognoſcere quid eſt temperata cōplexio totius corporis. Et ſi inueniuntur iſta mēbra proportionata ſuper iſtas complexiōes: ipſum eſt temperate complexionis penitus: ⁊ inueniunt in eo iſte proprietates ⁊ illa ſigna que dicit Ga. ꝙ inueniūtur in temperata complexione. ¶ Et manifeſtum eſt ꝙ iſta temperantia nō dicitur niſi in comparatione omniuꝫ partiuꝫ totius corporis: ideo quia impoſſibile eſt iſtis mēbris conſimilibus exeuntibus eis a ſua complexione naturali: aut in vna qualitate: aut in pluribus ꝙ nō ſuperueniat permutatio aut corruptio per iſtuꝫ exituꝫ. Et iſte exitus habꝫ multas cauſas: aut propter clima aut ꝓpter yle: aut propter agens aut propter mutationem quatuor etatum: eo ꝙ puer eſt calidus: ⁊ humidus: ⁊ iuuenis calidus ⁊ ſiccus: ⁊ ſenex eſt frigidus ⁊ ſiccus. ⁊ hoc manifeſtuꝫ eſt ex eorum operationibus: ⁊ ex propinquitate ⁊ longitudine generationis. Et etiam maſculi complexio eſt calidior et ſiccior complexione femine. Et hoc manifeſtum eſt ex operationibus eorum. ¶ Et aliquando permutantur complexiones propter exercitia. Et propter cibos: ⁊ propter omnia extrinſeca. Et ſicut poteſt eſſe iſta permutatio in conſimilibus: ita poteſt eſſe in officialibus. Et poſt hoc in totalitate totius corporis concordantibus nobis ipſa omnia adinuicem. ¶ Et poſtquam eſt poſſibile eſſe hoc. Et eſt iam oſtenſum ꝙ exitus complexionum exeunt ad octo ſpecies apud medicos: tunc res propter quas operatur membrū ſuas actiones: ⁊ patitur ſuas paſſiones aut totuꝫ corpus. ſunt nouē ſpecies apud medicuꝫ: vna tēperata: ⁊ illa eſt naturalis: ⁊ octo ſunt diſtemperate: eo ꝙ corpus cui dominat caliditas in mēbris ⁊ ſiccitas appro:

ꝓpriaꝫ caliditati ⁊ ſiccitati. ⁊ ſic in reliq̄s ſpeciebus. Et hoc modo itellige ꝙ ſpecies cōplexionis ſanitatis ſunt noue. Et temperata cōmunicat cū ambabus ſpeciebus mem‑broꝝ: ſalno ꝙ ipſa eſt in ſimplicibus p̄mo in ſubſtantia: ⁊ in compoſitis ſecundario ⁊ per accidens. Et ideo quia medici appropriant complexiones diſtemperatas quali‑tati actiue ⁊ paſſiue. cōueniens eſt appropriare complexi‑onem totius corporis iſtis duabus qualitatibus ſolum: ⁊ ꝓpter hoc ſunt ſm̄ rationē complexiones diſtemperate ſolum quattuor.

¶ Capitulū. V. Quod eſt de ſanitate membroꝝ officia‑lium ⁊ eius ſpeciebus.

Et poſtq̄ eſt declarata ſanitas cōſimiliū par‑tiū ꝓpter earū complexionē temperatam quā habent ꝓpriam: ⁊ in ſubſtantia conſerua‑tam. ⁊ per accidēs membroꝝ officialiū ⁊ to‑tius corporis. Modo redeamus ad declarā‑dum ſanitatē mēbri officialis ſubſtātialiter incq̄rum eſt officiale ⁊ ſpecies eius. Et dicimus ꝙ membra officialia: ideo q̄ ſunt cōpoſita apparet ex eoꝝ eſſe ꝙ nō operanṫ ſuas actiōes ⁊ patiunṫ ſuas paſſiōes: niſi q̄ ſunt in ſua q̄‑litate ⁊ in qualitate q̄ātitatis: incq̄rum ipſa eſt q̄ātitas: ⁊ in poſitione ſua ſm̄ modū naturalē: ⁊ in continuatione partiū ſuarū: ⁊ in contiguatione terminoꝝ eoꝝ in cō‑iunctione ſua: ⁊ ſeparatione: ⁊ in qualitate cōiunctionis ⁊ ſeparationis eoꝝ: ⁊ ſitus eoꝝ: ⁊ ordinationis. ¶ Et qui‑dam ſunt qui opinanṫ ꝙ iſtud intret in genere poſitionis ſed ſi vocaṫ poſitio hoc nō eſt niſi ꝓpter equiuocationē. Sed qualitas eoꝝ eſt ꝙ ſit forma eoꝝ naturalis: ⁊ ꝙ concauitates eoꝝ ⁊ vie ſint ſm̄ formā naturalē in eoꝝ largitate ⁊ ſtrictura: ⁊ ꝙ ſint eoꝝ ſuperficies in lenitate ⁊ aſperitate ſm̄ modū naturalē. ¶ Sed q̄ātitas eſt in tempore q̄ādo inueniunṫ harū partiū numerus natu‑ralis: ⁊ eodē modo in ſuis menſuris. ¶ Sed modus eo‑rum in coniunctione eſt etiā modus ille naturalis: ſicut coniūctio partis membri officialis: pars partī: ⁊ ſeparatio eoꝝ: pars a parte: ⁊ qualitas coniunctionis ⁊ ſeparatio‑nis intrat in hoc. ¶ Et continuatio: ⁊ contiguatio: ⁊ termi‑natio: ⁊ ſeparatio: ⁊ coniunctio manifeſta ſunt. Sed conti‑nuatio plus cōuenit in membro conſimili q̄ in officiali: ⁊ paruū ⁊ magnū in eē in genere menſure: ⁊ eſt appropria‑tū q̄ātitati continue: ſicut eſt latis vel multū ⁊ paruū appropriatū q̄ātitati diſcrete. Et q̄āuis menſura in hoc qḋ appropriatur ſit cōuenientius appropriare eam mem‑bro conſimili q̄ officiali. ideo quia officiale nō eſt ſup mē‑ſuram ſuā naturalē niſi q̄ādo eſt quodlibet conſimiliū ex quibus eſt compoſitū ſuper menſurā ſuā naturalē. ¶ Sed poſitio. aˀ. oppoſitio. naturalis que eſt in mēbro hoc eſt vt ſint eoꝝ partes oppoſite membris manifeſtis ſicut conſuetudo eſt mēbri poſiti. aˀ. oppoſitis mēbris: ⁊ iſtud erit locus mēbri naturalis in corpore: ſicut eſt epatis ⁊ ſtomachi: ⁊ ſic in alijs eſt intelligendū: ⁊ ita eſt modus iſte in poſitione. aˀ. oppoſitione partis membri in ſeipſo: pars parti. ¶ Sꝫ qḋ diximus ꝙ erit modus ipſius ex cō‑municatione eoꝝ partiū ſuis partibus eſt modus natu‑ralis. hoc exiſtit in poſitione. aˀ. cōpoſitione. p̄ma que ge‑neralis eſt omnibus membris corporis: ſicut eſt cōmuni‑catio omniū mēbroꝝ p̄ncipaliū: eo ꝙ non complerenṫ eoꝝ operationes niſi cū eis. ⁊ etiā hoc eſt inuentū in mēbro cū mēbro: ſicut cōmunicatio ſtomachi cū cere‑bro in operatiōe ſua que eſt appetitus. Et ſicut eſt in par‑tibus vnius ⁊ eiuſdē mēbri officialis cū parte que domi‑natur plus in operatione illius rei: ſicut eſt cōmunicatio omniū partiū oculi ad criſtallinā humiditatē. ¶ Sed ſunt gradus. aˀ. genus cōiūctionis ⁊ ſeparatiōis: ⁊ eoꝝ q̄li‑tatū: quoniā ſunt ex membris que ſeparata ſunt abſq̄ li‑gaturis: ſicut ſunt digiti. Et eoꝝ ſunt que aſſocianṫ liga‑turis vel adeptionib⁹. quecū partes intrant partes: ⁊ eo‑rum ſunt quoꝝ cōiunctiones ſunt nodatiles: ⁊ hoc modo poteſt eſſe ꝙ mouetur membꝝ qḋ eſt pars cōiunctionis ipſius ſitus. Sicut eſt planta manus que eſt pars cōiūctio‑nis brachij qḋ eſt nominatū in arabico ſcabat: ⁊ ipſa plan‑ta cōiuncta eſt ligaturis ⁊ adeptionibus: ⁊ cū hoc eſt con‑iunctio nodatilis. Iſte ſunt ſpecies diſpoſitionū que quā‑do ſunt in mēbris officialibus: tūc habēt agere ſuas actio‑nes naturales: ⁊ pati ſuas paſſiones: ſiue illas quas habēt ab vtilitate. aˀ. a neceſſitate: ſiue illas quas habēt a nobili‑tate. Et a capitulis anotomie que ordinata ſunt per mul‑tos alios auctores poteris ſcire iſtas res prolixi⁹: ⁊ ꝓpter hoc nō eſt mea intentio ꝓlongare me in eis. Et ſi tu vidi‑ſti libros Ga. ⁊ libros aliorum medicoꝝ qui ſunt ſm̄ ſuā opinionē: ⁊ videbis iſtū: tūc cognoſces ꝙ illud quod di‑ximus in diuiſione ſpecierū ſanitatis eſt multū melius ⁊ verius q̄ illud quod dixit homo quē ſcis. ¶ Et iſtud me‑lius aūt. aˀ. melioramentū nō poteris cognoſcere ſi tu nō ſtudueris in naturalibus ſcientijs: quoniā oportet ꝙ tu teneas de via philoſophoꝝ aliquātulū pluſq̄ de via me‑dici. ⁊ ꝙ iſte liber non eſt factus pro illo qui incipit tantū‑modo legere.

¶ Capitulum. VI. Quod eſt de ſanitate aliq̄liter in mē‑bris conſimilibus.

Et modo incipimus dicere: ideo ꝙ inuenim⁹ de complexionib⁹ ſanitatis appropriatis mē‑bris cōſimilibus que ſunt in fine temperātie ſcḋm ſe: ⁊ quaſdam que exeunt a temperan‑tia: ſed exitus per quē non ꝓuenit leſio ſenſi‑bilis in actione aut in paſſione. Et ſimile eſt i mēbris offi‑cialibus: ⁊ tunc inuenimus ibi qualitatē temperatā: ⁊ q̄ā‑titatē temperatā: ⁊ poſitionē temperatā: ⁊ cōmunicatio‑nem temperatā. Et iſta eſt bona diſpoſitio ſup quā volū‑fuit. G. demonſtrare in tractatu habitudinis bone: ⁊ ꝙ ſi q̄s voluerit addere. aˀ. adiſcere in iſto libro nō reputo malū. Ideo ſpecies ſanitatū que ſunt in officialibus membris ſunt apud medicos octo: quattuor temperate: ⁊ quattuor di‑ſtemperate: aut augmentate. ¶ Sed quintum genus ſpe‑cierum vel generū diſpoſitionū quidam ſunt qui opinan‑tur ꝙ eſt vnū in quo cōmunicāt membra cōſimilia ⁊ offi‑cialia: ⁊ illa eſt forma cōiunctionis noſtre. Ideo q̄ cōiun‑ctio eſt duobus modis ſicut ſcis vna eſt cōiunctio nodati‑lis: alia eſt cōiūctio vera: ⁊ vera eſt appropriata magis cō‑ſimili: ⁊ alia plus officiali. Sed cōiunctio vera illa eſt cōſi‑milīū: ⁊ debet numerari in habitudine ſanitatis eoꝝ. Amodo declarauimus omnes ſpecies habitudinū ſanita‑tum membroꝝ cōſimilium ⁊ officialium: omnes ſiue ꝓ‑prias. Et declaratū eſt in omnib⁹ per quē modum eſt eo‑rum cōmunicatio. Et fuit neceſſe illi declarationi: ideo ꝙ operatio complexionis temperate membri officialis non eſt vna ⁊ eadem operatio cum illa cōſimiliū: ideo q̄ eſt cōſimilibus propria ⁊ in ſubſtantia: ⁊ officialibus ſecunda‑ria: ⁊ per accidens ⁊ alij medici nō ſubtiliati fuerunt in fa‑ciendo hanc diuiſionem.

¶ Capitulum. VII. Quod eſt de actionibus ⁊ paſſionib⁹ ⁊ de virtutibus membrorum.

Modo volumus tractare de actionibus ⁊ paſ‑ſionibus proprijs in quolibet membro: ⁊ iſte intentiones ⁊ cognitiones ſanitatis ſtant lo‑co cauſarum finalium: et ille de quibus ha‑ctenus loquuti ſumus ſtant loco cauſarū for‑malium: ⁊ materialium: ⁊ hic eſt ponendū vnum princi‑pium naturale. ¶ Et dicimus iam eſſe oſtenſum in natu‑rali philoſophia ꝙ quodlibet corpus eſt compoſitum ex materia et forma: ⁊ ꝙ materia non eſt inuēta niſi ꝓpter

formam: ⁊ propter hoc collectum ex materia et forma. ſ. ens naturale nõ eſt niſi propter operationes ſuas ꝓprias in ipſo. Ideo dicit Ariſto. ꝙ natura non facit aliquid inuanuz. Et ſimiliter inuenit̃ iſtud in rebus artificialibus: verbi gratia: qꝛ ligna nauis nõ ſunt inuẽta niſi ꝓpter formã nauis: ⁊ figurã ſuã: ⁊ eſt inuẽtũ collectũ ex his ambobus ꝓpter opationẽ nauis. ſ. nauigare in aqua. ergo de neceſſitate eſt iuenire in mẽbris hoĩs rem que ſit etiam hoc modo. ſ. ꝙ ſit in eis res ſtans loco materie: ⁊ res ſtãs loco forme: ⁊ res tertia. ſ. actio ⁊ paſſio: q̃ res ipſa erit finis collecti eoꝝ. ¶ Et hic eſt neceſſe inquirere in ṗmis que ſit illa res in mẽbris que ſtat loco forme: ⁊ que loco materie: ⁊ poſtea veniemus ad declarãdũ actionẽ ⁊ paſſionẽ cuiuſlibet eoꝝ. Et dicimus ꝙ mẽbra ꝯſilia apparẽt: vt in pluribus eoꝝ ꝙ ſint loco materie cõpoſiti. Qꝛ oſſa manuũ ⁊ ligamẽta: ⁊ chorde: ⁊ nerui: ⁊ caro: ⁊ cutis apparẽt ex eoruz eſſe ꝙ nõ ſint iuẽta niſi ꝓpter formã manus: ⁊ forma manus que ẽ cõpoſita ex illis nõ eſt inuenta niſi ꝓpter actiones ⁊ paſſiones: qbus ipſa approṗat̃. ſ. ꝙ manus nõ poſſet extẽdi nec ꝯbi: nec colligere: nec facere alias ſuas opationes niſi ꝓpter hoc: ꝙ eſt ꝯpoſita. ¶ Et q̃uis mẽbra ꝯſimilia nõ ſint iuẽta niſi ꝑꝑ ꝯpoſita: tñ habẽt q̃dlibet eoruz ꝑ ſe opationẽ ꝓpriã q̃ manifeſtat̃ plus in ꝯpoſito. ſ. ꝙ manus nõ haberet firmitudinẽ ad ſuſtẽtãdũ res niſi ꝑꝑ oſſa ⁊ nõ haberet poſſe plicare ſe niſi ꝓpter carnẽ: ⁊ ꝓpter neruos: ⁊ alia ſilia. Ergo poſtq̃ꝫ diximus ꝙ mẽbra ꝯſilia non ſint inuẽta niſi ꝓpter cõpoſita: neceſſe eſt nobis videre ſi hic eſt aliqua res ꝓpter quã ſit inuẽtũ cõpoſitũ ⁊ collectũ ex eo cũ qua cõpleat̃ opatio ꝯpoſiti. ¶ Et dicim⁹ ꝙ actiones ⁊ paſſiões nãles mẽbroꝝ nõ fiũt niſi ꝑꝑ calorẽ inatũ ĩ ipſis ṗter calorẽ ꝯplonalẽ q̃ eſt ĩ mẽbris ꝯſilibus. Et hoc eſt demõſtratũ ꝑ ſciẽtiã demõſtratiuã. Et cognitũ per experiẽtiã anotomie. ꝙ. ſ. inuenit̃ in corde vnũ corp⁹ vaporoſuz calidũ in fine qḋ mittit̃ ab eo ad oĩa mẽbra per viã arteriarũ: ⁊ ita opinat̃ ꝙ ſit in cerebro. ¶ Et poſtq̃ꝫ ſic ẽ: ⁊ ꝯiunctũ huic ꝙ oẽs actiões ⁊ paſſiones nõ fiũt niſi per calorẽ intrinſecuz: ſicut eſt declaratũ in nãli phia: ⁊ declarabit̃ adhuc in iſto libro. q̃ mẽbra nõ faciũt ſuas opatiões niſi cũ formis eoꝝ cõpoſitionalib⁹: ⁊ cũ eo qḋ accidit eis de iſto calore: ⁊ cõiunctũ in mẽbro de iſtis duobus caloribus ſupradictis iſtud eſt ſua forma: cũ qua agit ⁊ patitur. ¶ Et ab hinc potes cognoſcere dñationẽ cordis ſup oĩa alia mẽbra: qꝛ tu vides ꝙ ipſuz ſufficiẽs eſt ex ſe: ⁊ alia indigẽt eo. Et ſilr cerebrũ eſt in hũc modũ ſup mẽbra in quibus dñat̃. q̃ mẽbra ſimplicia nõ fuerũt inuẽta niſi ꝓpter cõpoſita: ⁊ cõpoſita ſunt inuẽta ꝓpter iſtũ calorẽq̃ ẽ miſſus a corde: ⁊ iſte calor ſtat in eis loco forme: ⁊ ꝑ iſtã collectionẽ fiunt actiões ⁊ paſſiões que ſunt ꝓprie in quolibet mẽbro. ¶ Sꝫ ſi ſufficit iſte calor in faciẽdo hoc: aut ſine hoc eſt alia v̓tus ſtãs iſti calori loco forme: iſta nõ eſt res quã medicus habeat ingrere: ſꝫ dimiſſa nobis. ¶ Et dicemus breuiter ꝙ hic ſũt alie v̓tutes ṗter formas ꝯplonales que vocant̃ aĩe. Et iſtud eſt ꝯueniẽs anticipare in paucis v̓bis antequã tractem⁹ de actiõib⁹ ⁊ paſſionib⁹ cuiuſlibet mẽbroꝝ: ⁊ narrare quot ſũt ille ſpẽs: ⁊ poſtea reuertamur ad ingrendũ rez cui approṗat̃ q̃libet membroꝝ: ⁊ iſtud erit qñ cognouerim⁹ in ṗmis v̓tutes a qbus veniũt opationes. Et ſcias ꝙ genera opationũ ſunt notiora quo ad nos q̃ꝫ virtutes: ⁊ virtutes apud nãm notiores. ⁊ iḋ dicim⁹ ꝙ phici ⁊ medici qñ ſpeculant̃ in opatiõibus: dicũt ꝙ virtutes que ſũt in hoĩe ſunt tres: aut v̓tus nãlis: aut vitalis: aut aĩalis. Virtutes nãles apud eos ſunt cũ qbus fit nutrimẽtũ augmẽtũ ⁊ generatio. Et v̓tutes vitales apud eos ſunt v̓tutes pulſatiles que ſunt in corde: ⁊ habẽt dilatare ⁊ cõſtringere inſpirãdo ⁊ reſpirãdo: ⁊ virt⁹ motiua q̃ eſt in corde que vocat̃ electiua per quã mouet̃ aĩal ad appetẽduz rem vel fugiẽdũ ab ea. ¶ Et v̓tutes aĩales apud eos ſunt quinq̃ꝫ virtutes ſenſuuz. ſ. tactus ⁊ guſtus: ⁊ odorat⁹: ⁊ audit⁹: ⁊ viſus: ⁊ ẽt virt⁹ motiua in loco: ⁊ virt⁹ imaginatiua: ⁊ extimatiua: ⁊ cogitatiua: ⁊ ꝯſeruatiua: ⁊ reminiſcibilis: ⁊ iſta eſt q̃ vſi ſũt medici in diuidẽdo v̓tutes aĩe: ⁊ q̃uis nõ ſit cõueniẽs parũ tibi põt nocere in hac arte. Sꝫ conueniẽs oĩno eſt illa que fit ſꝫ motũ naturalẽ. Ideo ꝙ manifeſtũ eſt ꝙ iſte operationes nõ poſſunt appropriari quattuor qualitatibus ſolum: ſed etiam virtutibus additis ſup eas que vocantur anime. Et poſtq̃ꝫ inueſtigati ſũt ſuper iſtas operationes que vocant̃ anime: dicunt ꝙ q̃daz ſunt operationes que appropriant̃ plante: que habẽt tres virtutes ſupradictas. ſ. nutritiuã: ⁊ poſt illaz creſcitiuam: ⁊ iſta eſt finis nutritiue: ⁊ poſt illã generatiuã: ⁊ iſta eſt quaſi finis creſcitiue. Et eſt declaratuz ibi ꝙ ipſe ſunt anime: ideo quia ſũt organice: ⁊ quia nõ ſunt virtutes naturales: qḋ ſi ipſi nõ appellauerunt eas naturales niſi largo modo: iſtud eſſet veritas: ſi ipſi crederent ꝙ ipſa eſſet aĩa ſꝫ relationẽ: aut ſꝫ opationẽ. Sꝫ ſi ipſi credũt ꝙ ipſa in ſui eẽntia ſit v̓t⁹ ꝓpa ſolũ: iſtud ẽ error ⁊ ſignificat ſup opionẽ eoꝝ ꝙ ita ẽ: qꝛ nos videm⁹ ꝙ Gal. in vno ſuoꝝ librorꝝ aſſimilat ipſaz adamanti: ⁊ venit ad diuidendũ eã. Sꝫ v̓tus pulſatiua eſt de neceſſitate cibatiua v̓t⁹: ⁊ diuiſiua: ⁊ ṗnceps: qꝛ cũ ipſa cor dat calores alijs mẽbris: ⁊ ẽ ſicut ſeruiẽs v̓tuti ṗncipali cibatiue: qꝛ cuz ipſa cõſeruat̃. Et iḋ nõ eſt ꝯueniẽs ponere illaz vnã v̓tutẽ per ſe ab alijs v̓tutibus: ideo qꝛ eſt iſta v̓tus aĩe nutritiue: ſicut alie v̓tutes. v. ſue virtutes: ſicut attractiua: retẽtiua: ⁊ digeſtiua: ⁊ expulſiua: ⁊ diſcretiua: q̃uis v̓tus pulſatilis appropriet̃ plus vite ꝓpter multũ calorẽ qui eſt cũ ea. Et quidã ſũt q appellant plantã in iſta virtute harguam. ſ. vegetatiuã. Et forſitan medici nõ vocauerunt iſtam v̓tutẽ cuẽtationis vitalem: niſi ꝓpter hoc ꝙ approprieat̃ plus vite: q̃uis ſit de genere nutritiue ſicut dixim⁹. ¶ Sed eoꝝ diuiſio ꝑ quã diuidũt virtutes aĩales ad ſenſuz: ⁊ ad virtutẽ motiuã in loco: ⁊ imaginatiuã: ⁊ rõnalẽ: ⁊ ꝯſeruatiuã: ⁊ remiſſibilem eſt oĩo vera: ſaluo ꝙ virtus motiua in loco nõ ẽ aliud plꝰ q̃ꝫ elenoſoia. ſ. virtus motiua voluntarie: qñ cõcordat̃ cũ ea imaginatio ⁊ ꝯſimiliũ: ⁊ ita ẽ declaratũ in libro de aĩa. Et ipſi numerãt virtutez motiuã voluntarie in numero vitaliũ. Et ponũt motiuã in loco aliã ſpeciẽ: ⁊ iſtud nõ eſt ꝯueniens: qꝛ nõ eſt niſi virtus nutritiua: ⁊ creſcitiua: ⁊ ſenſitiua: ⁊ generatiua: ⁊ imaginatiua: ⁊ appetitiua: ⁊ rationalis: ⁊ motiua: ⁊ lactatiua ex iſtis: ſicut eſt extimatio: aut cogitatiua: ⁊ cõſeruatiua: ⁊ reminiſcibilis. ¶ Et iã eſt hic declaratũ vel dictum ꝙ virt⁹ rationalis eſt magis ſpiritualis q̃ꝫ imaginatiua: qꝛ perfectio virtutis rationalis eſt apprehenſio rerum vniuerſaliuz: ſicut põt intelligi a phõ in tertia particula prime ſũme phyſicorum: ⁊ in ṗmo poſteriorum: q̃uis intelligatur cõtrarium circa finem primi libri phyſicorum. Et qui habebit neceſſe ſoluere iſta dubia requirat in locis illis. Et qꝛ res vniuerſales que ſunt apprehenſiones virtutis rationalis habent particularia. neceſſe eſt inuenire in homine virtutem que apprehẽdat eſſentiam illorum particularium cõtentoruz ſub vniuerſalibus: ⁊ virtutem aliam recordantem iſta particularia que ſunt comprehenſa a virtute ꝓpria eorum apprehenſionem. Et ideo quia iſta virtus apprehẽſiua particularium non apprehendit eã niſi habitudinibus imaginatis: fuerũt de neceſſitate tres virtutes ſcilicꝫ extimatiua: que apprehendit eſſentiam particulariũ: ⁊ reminiſcibilis impreſſionis extimate. Et imaginatiua a qua apprehendit extimatiua ſuam impreſſionez: ſicut ſeruientes virtuti rationali: ideo quia ſeruiens preparat ſeruito ea que ſunt ſibi neceſſaria: aut ſtudet in aliqua rerũ appropriatarũ ſeruito. ¶ Et manifeſtum eſt ꝙ virtus imaginatiua prope-

rat virtuti rationali ea que nõ ſunt apprehenſa: ſicut eſt
manifeſtũ ꝙ due apprehẽſiones. Extimatiua: ⁊ conſer-
uatiua appropinquant apprehẽſioni ṽtutis rõnalis: ⁊ qꝛ remo
uent res viſas a ṽtute rõnali: ⁊ vtꝰ reminiſcibilis facit re-
cordari eẽntie particularis: ⁊ cognoſcit illã virtus extima
tiua: ⁊ tũc inuenit ṽtus imaginatiua habitudinẽ illiꝰ eſſen-
tie pticularis q̃ ẽ recordata a reminiſcibili ⁊ cognita ab ex
timatiua. Et qñ imaginatiua iã venit ſup ſuã habitudinẽ
tũc ṽtus rõnalis reducet ad ſe illud qḋ erat ꝑparatũ ab ea.
g̃ iſte tres ṽtutes ex hac parte ſũt miniſtrãtes ṽtuti rõna-
li: ⁊ miniſtrãs eſt lactãs eas: qꝛ ſũt lactãtes ex hac pte ſicẽ
dictũ eſt. ¶ Et iſta verba ſunt dicẽda. al. dimittẽda h̃ ſm
Tamarindi frigidi ſunt in tertio: ⁊ ſicci in ſecūdo gradu: q: cōpoſiti ſunt ex ſubſtātia aquea mixta cū aliquātulo calore: ⁊ tanto q̄ ſubtiliat partē aqueā: ⁊ eſt ſicut inſtrumētū vt ipſaꝫ penetrare faciat: ꝓpterea ſunt in fine acetoſitatis. purgāt ſuauiter colerā. Doſis eius ē a dragmis decē vſꝗ ad quindecim: ⁊ idcirco q: habēt aliquātulū ſtipticitatis: valent ſtomacho colerico.

Geoꝫboa. i. nux muſcata. ca. eſt ⁊ ſic. in ſcdo gradu mūdificat ſtomachū ab humorib⁹ putridis ⁊ fortificat ipſum et valet contra frigiditatem epatis ⁊ ſplenis.

Lapis de becabant eſt valde manifeſti iuuamenti omnibus ſpeciebus venenorum: ⁊ ꝓprie morſui ſcorpionis: ⁊ eius doſis eſt quarta pars aurei vnius.

Lapis de ȝaduargar confert omni fluxui ſanguinis vndecunꝗ̄ procedat: ⁊ quandocunꝗ̄ ꝓpinatur venenatis ad bibendum anteꝗ̄ venenū veniat ad cor liberat. Et ei⁹ doſis eſt exagium vnum.

Smaragdus dr̄ q̄ valet cōtra oīa venena: ⁊ ſpecialiter cōtra venenū ſerpentū: ⁊ ei⁹ doſis eſt pōdus nouē grano⁊ ordei. tritū ſuper lapidem ⁊ mixtū cum lacte amigdalino ⁊ aqua violarum ⁊ modico aceto. Et ſcias q̄ illi q̄ biberint in principio ſuperueniunt multa mala accidētia nō minora accidentibus veneni: ſed ſubito ſanabuntur poſtea taliter q̄ in eis non remanebit aliq̄ debilitas nec aliq̄ diſcraſia. Et abſcindit fluxū antiquū cui⁹ cā eſt occulta. Et nō facit tunc tā fortia accidentia ſicut facit venenatis: ⁊ etiā ſuſpenſū ſupra ſtomachū valet.

Lapis hachic. i. corniola temperatus eſt. abſcindit ſanguinem menſtruum: ⁊ facit redire dentes ad ꝓpria loca in ore retentus: ⁊ hoc totū eſt a proprietate.

Margarite frigide ſunt ⁊ ſicce: ⁊ valent multū contra paſſionem cordis remouent triſticiam ⁊ rectificant viſum impeditum ꝓpter humiditatem.

Chiarçabar. i. caſſiafiſtula vel karabe de īdia: purgat coleraꝫ aduſtā: extinguit acumen ſanguinis diſſoluit apata: ⁊ ſperma purgat ſuauiter ſicut tamarindi aut parū fortius. doſis eius eſt ſicut de tamarindis.

Auis que dicit̄ in arabico canabir. ⁊ eſt laudula capelluta q̄ coquitur ⁊ comeditur cōtinue confert paſſioni colice.

Vermis noīatus beatim ⁊ gdaꝫ nomināt tortuma paſſat⁹ ⁊ poſitus neruo inciſo cōfert illi mirabili iuuamēto.

Capitulum. LVI. Qd̄ ē de rebus marinis.

De rebus naſcētib⁹ in mari: quo⁊ iuuamēta ſūt manifeſta: ſūt h̄. calphora indica q̄ in arabico noīatur colſocalgent calefacit ⁊ deſiccat in ſecūdo gradu: ⁊ cōſolidat vulnera ignita.

Spongia marina in ea inuenit̄ virtus deſiccatiua: ⁊ ipſa eſt medicina bona hūiditatibus exterius extractis.

Bealenigam. i. belenȝan vel petroȝam calida ē ⁊ ſic. in ſecundo gradu: valet ſtō humido aromatiȝat odore⁊ oris cōfortat digeſtionē: fortificat neruos: ingerit coitū.

Lapis de hepedar q̄ de ipſo fit coliriū cōfortat viſū ⁊ cōſeruat ipſum: ⁊ remouet offuſcationē vel tenebroſitateꝫ oculorum.

Caniabar: calidū eſt in ſecūdo gradu: ⁊ ſic. in p̄mo. abſter

ſiuum exiſtit: ⁊ reſoluit groſſas vētoſitates: ⁊ ꝯfert morſui aīaliuꝫ venenoſoꝝ: ⁊ eius ꝓprietas eſt reſoluere vētoſitates matricis: ⁊ abſcindit vomitū: ⁊ folia ipſi⁹ aromatica exiſtunt: ⁊ ponit̄ loco dedarſeni.

Sebeſtē calidū eſt in p̄mo gradu ⁊ humidū in ſc̄do: purgat ſuauiter ſupfluitates colericas: ⁊ mitigat acumē ſanguinis lenit aſperitatē pulmonis: cōfert ſtricture anhelitus ⁊ qn̄ coquit̄ donec iſpiſſet̄: ⁊ ex aqua decoctiōis fiat embrocatio ſuper tyriā ⁊ alopiciā facit naſci pilos.

Sarudotes: ca. ⁊ ſic. eſt in ſc̄do gradu recepto fumo ſuo diſſoluit ſupfluitates cerebri: ⁊ valet ꝯtra reumata frā. appoſitū ſup obtalmiā: oculū abſtergit mirabili abſterſione: ⁊ valet ꝯ dolorē dentiū: ⁊ ꝯ corroſionē gingiuarū.

Sene calidū eſt ⁊ ſiccū in ſecūdo gradu: eius v̄tus ē purgatiua: purgat eni humores aduſtos ⁊ etiā humidos ſuauiter: ⁊ nō ē potēs trahere humores viſcoſos: ⁊ eius virt⁹ ē ꝓpinqua v̄tuti agarici: hoc ē in attractione. Sed agaricum hꝫ ꝓprietatē trahendi humores groſſos ⁊ ſene hu. aduſtos. doſis eius eſt a. ʒ. i. vſq; ad. ij. in decoctione a. v. vſq; ad. vij.

Scealmeſe. i. gallia muſcata calida ē ⁊ ſicca ſtiptica: ⁊ ꝯfortat mēbra: ⁊ ſtringit ventrē: ⁊ curat vomitū.

Secacul. i. iringi calidi ſunt ⁊ humidi: augent ſperma: ⁊ ꝓuocant coitum.

Sandali qḋ ē frigidioris cōplexionis oīuꝫ ſpecierū eſt rubeuꝫ: eo ꝙ frigidū ē in tertio gradu ⁊ ſiccū in ſecundo: ſꝫ maioris aromaticitatis ē citrinū: ⁊ eſt frigidū in ſecūdo gradu ⁊ ſiccū in p̄mo: ⁊ cōfert bibitū magne caliditati ⁊ cardiace calide: ⁊ prodeſt emplaſtratū ſtomaco calido: ⁊ apoſtematibus calidis.

Tabaiſis. i. ſpodiū: carbo eſt nodoꝝ arundinū aduſtaruꝫ indie frigidū ē ⁊ ſiccū in tertio gradu: ⁊ eius ꝓprietas ē remouere caliditatē ⁊ inflāmationē colere: ⁊ confortat ſtomachū: ⁊ confert cardiace calide.

Lignū aloes calidū ē ⁊ ſic. in ſecūdo gradu. Gal. dixit in libris exptis. q2 hꝫ virtutē darſenicā: ſed aliquātulū plus q2 hꝫ ꝓprietatē exiccādi humiditatē ſtomachi: ⁊ ꝓpter amaritudinē ⁊ ſtipticitatē cū ipſius magna aromaticitate valet ſup oēs medicinas alias mēbris p̄ncipalib⁹ ⁊ remouet triſtitiā: ⁊ cardiacā humidā: ⁊ valet cōtra oīa venena: eo ꝙ confortat oēs v̄tutes: ⁊ valet contra omnia reumata frigida.

Ambra ē vna ex ſpeciebus canfore que orit̄ in fontibus maris: ⁊ natat ſup aquā maris: ⁊ melior oīuꝫ eſt illa que in arabico dicit̄ aſcap. calida ē ⁊ ſicca in ſecundo gradu. cōfortat cerebrū ſtomachū ⁊ cor: ⁊ oēs ſenſus: valet ſenibus ⁊ in frigiditatib⁹: valet ꝯtra vētoſitatē inteſtinorū: ſuppoſita neruis eos fortificat: reſiſtit magne peſtilētie aeris bibita: ⁊ etiam odorata.

I niube ⁊ in arabico noīat̄ auep. hāc medicinā noīat Gal. tn̄ de ea nullā ſciuit ꝓprietatē: ſed medici de baldac dicūt ꝙ rep̄mūt acuitatē ſanguinis ⁊ colere: ⁊ ꝯferūt aſpitati pectoris ⁊ pulmonis a tota ſubſtātia: cōplexio ipſaꝝ eſt frigida in p̄mo ⁊ humida in ſc̄do: ⁊ ꝓpter hoc reprimunt acuitatem.

Cauffer eius virtus ē virtus ſandaloruꝫ: excepto quia qn̄ de eo potatur ab. i. aureo vſq; ad. ij. laxat.

Gariofili calidi ſūt ⁊ ſicci in ſc̄do gradu: ⁊ attingūt tertiū: ⁊ iſti cōfortāt oīa mēbra p̄ncipalia: valēt ꝯ paſſiones frigigidas: ⁊ cōſtipant ventrē. Et dicit Gal. ꝙ coꝝ ꝓprietas eſt confortare virtutē digeſtiuā.

Halbabat. i. baſilicon gariofilatuꝫ: ca. ē ⁊ ſic. ī ſc̄do gradu: aperit opilationē cerebri: valet cōtra cardiacā humidā ⁊ cōtra melācoliā: ⁊ cōtra emorroydas.

Cardamomū ca. eſt ⁊ ſic. in ſc̄do gradu: valet ꝯtra opilationes epatis: ꝯ lapides renū: ⁊ laſſitudinē mēbroꝝ: ⁊ contra frigidos dolores: ⁊ cōfortat ſtōm multū: ⁊ remouet ſincopim ⁊ vomitū qn̄ bibit̄ cū vino maloꝝ granatoꝝ.

Camphora frigida eſt ⁊ ſicca in tertio gradu: ⁊ eſt ſubtilis ſubſtātie: ⁊ reſiſtit putrefactioni que fit ex materia calida: ſtringit fluxū colericū: p̄uat coitū potenter: ledit ſtomachum nō caliduꝫ multū.

Lacca ca. eſt ⁊ ſic. in p̄ncipio ſecūdi gradus: valde eſt manifeſtū ipſius iuuamētū in ꝯfortatiōe epatis: ⁊ in aptione ſuarū opilationū: ⁊ valet cōtra dolorē renū ⁊ veſice: ⁊ augmētat coitū. doſis ei⁹ ē dragma media vſq; ad vnā.

Muſcus ca. eſt ⁊ ſic. in fine ſecūdi gradus mirabilē hꝫ proprietatē in cōfortādo cor: ⁊ valet ꝯtra ſurditatē auriū ⁊ ſtupefactionē corporis: ⁊ ꝯtra oēs egritudines ſincopis: ⁊ ꝯfert groſſe ventoſitati inteſtinoꝝ: ⁊ ſuffocationi matricis: ⁊ ꝯtra melācoliā: ⁊ auget coituꝫ.

Liçebalafor. i. lingua auis ꝯfert cardiace ⁊ mouet coitū.

Geſemini. i. viola vltramarina calida eſt ⁊ ſicca in fine ſecūdi: ꝓdeſt ſenib⁹ ⁊ refrigeratis: valet ꝯtra dolorē capitis qui fit ex humoribus frigidis ⁊ groſſis.

## ¶ Cap. LVII. Quod eſt de mō cōpoſitiōis medicinarū.

Ueniſq; locuti ſum⁹ breuiter de cibis ⁊ medicinis ſimpliciter manifeſtis. Deiceps volum⁹ narrare modos cōpoſitionis. Et dicim⁹ ꝙ neceſſitas que nos inducit ad cōpoſitionē medicinaruꝫ ſimpliciuꝫ ꝓuenit a tribus reb⁹. Una eſt quia multotiens nō īueniūtur in vna medicina ſimplici omnia que nobis ſunt neceſſaria a virtutib⁹ ꝓpter quas cōpletur medicina aut dieta. al. cōſeruatio. Secūda eſt quia ꝗuis nos inuenirenius ipſaꝫ forte nō īdigemus ea ſc̄dꝫ eandē virtuteꝫ: ſed ſc̄dꝫ plus aut min⁹. Tertia eſt q2 erunt in illa ſimplici virtutes q̄ nō ſunt nobis neceſſarie ſc̄dm intentionē noſtrā: neq; per medicinam neq; per dietaꝫ alias conſeruationē: vel forte erunt virtutes q̄ nō intrant aliquā medicinaꝫ vel cōſeruationeꝫ. Prima iſtarū triū cōſideranda eſt in illis locis qui non poſſent curari niſi qualitatibus cōtrarijs vel diuerſis: ⁊ hoc accidit aut ꝓpter diuerſitateꝫ cauſe ab egritudine: aut ꝓp diuerſitatē nature egritudinis ab accidente: aut ꝓpter diuerſitateꝫ egritudinū inter ſe: aut ꝓpter diuerſitateꝫ cōplexionis cārū cōpoſitaꝝ: aut ꝓpter diuerſitatem egritudinis a nā mēbri ꝓpter ſuam cōplexionem: aut ꝓpter ſuū p̄ncipatū: aut ꝓpter ſuū locuꝫ: aut ꝓpter ſuaꝫ colligantiā. Exemplū diuerſitatis cauſe ab egritudine eſt ſicut fe. putrida ex hūorib⁹ groſſis: q2 illa ex parte male qualitatis calide: ⁊ ſic. indiget medicina infrigidatiua ⁊ humectatiua: ⁊ ex p̄te humoris putridi groſſi īdiget re ſubtiliāte vt exiccet ⁊ maturet. Et in hoc codeꝫ genere ingredit̄ repercuſſio ⁊ diſſolutio q̄ neceſſaria eſt tempore augmēti in apatibus: ⁊ ꝓpterea īdiget medic⁹ in talib⁹ locis: vt ſciat vti iſtis medicinis mixtis ⁊ repercuſſiuis. ⁊ reſolutiuis. Et cadit dubiū in operatiōib⁹ medicinarū ꝯpoſitaꝝ ex diuerſis v̄tutibus: hoc eſt quomō poſſunt inueniri iſte due operatiōes contrarie ſimul in corpore humano: q2 ſi iſte v̄tutes ſint in eis equales: tūc nō vincet vna alterā: ſed eq̄liter erunt tēperate: ⁊ nō facient actionē queſitā in corpore humano. Et ſi vna erit fortior altera fortior faciet actioneꝫ ⁊ actio: illi dꝫ attribui: ⁊ alia erit fruſtra. Et hoc dubiū nō ſenſerūt medici niſi in ſc̄dis virtutib⁹ nō in p̄mis: q2 ipſi opinant̄ ꝙ ſi miſceatur. ʒ. i. camomille cū. ʒ. i. roſaruꝫ: ꝙ medicina q̄ erit cōpoſita ex his erit tēperata in p̄mis q̄litatibus: ⁊ cū eo toto opinant̄ ꝙ hēat v̄tutē repcuſſiuā ⁊ diſſolutiuaꝫ. Et nō opinant̄ verū: q2 neceſſe eſt vt v̄tutes ambarum ſint vna ſicut decm̄ eſt. q2 ſi diceret̄ ꝙ medicina eēt tēperata in p̄mis qualitatib⁹: hoc eſt q2 facit in corpore vnū caloreꝫ tēperatū qui erit medius īter calorē ⁊ frigiditatē pri

mi gradus. Similiter debet itelligi in ſecūdis virtutib⁹ hoc eſt vt .3.i. camomill. ⁊ .3.i. roſarū habeāt virtutē vnā mediā inter repcuſſionē ⁊ diſſolutionē. Et nō errauerūt in hoc medici: niſi q2 nō poſuerūt gradus ſecūdis virtutibus: q2 ſi feciſſent tūc ſciuiſſent que eēt tēperata ⁊ non tēperata. Et debes ſcire q̄ operatio quā medicīa h3 cōpoſita ē vnā in cōmixtione artificiali: ſicut in cōmixtione nālī: ⁊ nō ē pl̄a: ita vt ſit tibi neccē dicere qn̄ q̄ſitū fuerit a te quō facit vna medicīa duas opatiōes ɔ̄rias i vno ſubiecto. Reſpōdeas q̄ hec res eſt ſicut ſenſus ⁊ ſenſata cor̄: qui patiunt̄ a duob⁹ ɔ̄riis ſimul in eodē ſubiecto. verbi gra: ſicut appꝛehēdim⁹ albū ⁊ nigrū ſimul ⁊ ſemel in humiditate criſtallina: ⁊ ſicut ſentimus calidū ⁊ frigidū ſimul ⁊ ſemel ex cōmixtiōe aque feruētis ⁊ frigide: ſicut dicit Gal. q2 hoc nō eēt ſufficiēs in ſolutiōe hui⁹ dubij nobis ponētib⁹ q̄ medicine ɔ̄poſite habēt duas operationes: quarū vna eſſet oppoſita alteri: q2 hoc nō accidit ∫tutibus ſenſibilibus cū ſenſatis: niſi pp̄terea: q2 nō ſunt māles pmutabiles alterabiles paſſibiles in ſeipſis a ſenſatis paſſione manifeſta: eo q̄ ille nō ſunt cōiuncte cū mā forti cōiunctiōe. Et cauſa huius reddit̄ in alia ſciētia nobiliori iſta: hoc eſt in tertio de aīa. Sed paſſiōes quas recipit corpus a medicinis ſunt neceſſario paſſiones māles pmutabiles in ſeipſis pmutatiōe manifeſta. Et ideo nō eſt cōueniens vt inueniant̄ cor̄ ɔ̄ria ſimul ⁊ ſemel in iſtis vno tpe in vno ſubiecto ſicut inueniunt̄ in ſenſib⁹ ⁊ ſenſatis. Sed ſi d3 dari exemplū pp̄ter aliquā ſimilitudinē nō multū pp̄inquā nō d3 dari niſi ſm̄ q̄ inuenit̄ mediū īter extremitates: hoc eſt ſm̄ q̄ īuenit̄ albu3 ⁊ nigrū in colore citrino. ⁊ ſi aliter diceret̄ vnū vinceret alterū neceſſario ſi duo eſſent: aut dominās faceret ſuā opationē: ⁊ ei attribueret̄. ⁊ qdā3 dicūt q̄ nā cognoſcit ⁊ trahit ad ſe illā3 partē que eſt in eis magis neceſſaria. Scias tñ q̄ īpoſſibile ē trahere qđ inueniri nō pōt: ⁊ forte hoc ſecretū eidē in ſōnio fuit reuelatū: ideo non ſuā ille qui cū eis litigare velit. Deinceps volum⁹ reuerti ad illud a quo ſeparati fuimus: vt dem⁹ exēplū membꝛor̄ diuiſionis quā pmiſim⁹ ⁊ dicam⁹ q̄ exēplū diuerſitatis egritudinis ab accidēte eſt ſicut fe. acuta cū ſincopi: q2 putrida idiget euacuatiōe ⁊ refrigeratiōe: ⁊ ſincopis indiget ecōuerſo. Exēplū diuerſitatis egritudinū eſt ſicut fe. diuerſarū ſpecierū ⁊ diuerſarū materierū: ⁊ diuerſor̄ locor̄: ſicut eſt fe. que dicit̄ emitritheus: q2 ē cōpoſita ex colera ⁊ flegmate diuerſitate cōpoſitionis. Cāharū eſt qn̄ ſunt cōpoſita in vna ⁊ eadē egritudine: ſicut ſunt egritudines que fiunt ex plurib⁹ humoribus. Et ideo neceſſe fuit cōponere medicinā ex reb⁹ que reſpōdeant plurib⁹ humorib⁹. Et hec fuit pma neceſſitas cōpoſitionis medicinarū cōpoſitarū purgātiū. aliq̄ dicāb⁹ .v3. cōpoſitarū egritudinū ⁊ ipſarū egritudinū correſpōdet cōpoſitio tyriace: q2 intētio in illa fuit curare multas egritudines: ⁊ ɔ̄ſeruare ab eis: ⁊ ideo fuit cōpoſita ex medicinis que habēt multas virtutes ramificatas diuerſas: et vt a multis partib⁹ poſſent vincere venenū. Exēplū neceſſitatis ɔ̄poſitionis pp̄ter diuerſitatē nāe egritudinis ⁊ nāe mēbri pp̄ter ſuā ɔ̄plōnē eſt ſicut ſtomachus ethicus: q2 a parte qua eſt fe. ethica idiget frigiditate ⁊ humiditate: ⁊ a parte qua eſt ſtomachus idiget caliditate ⁊ ſiccitate: ⁊ eſt ſimile in tuſſi que fit ex mā viſcoſa in fiſtulis pulmonis: q2 a parte q̄ eſt mā groſſa ⁊ viſcoſa indiget ſubtiliatiuis ⁊ incitiuis: ⁊ a parte qua eſt pulmo indiget reb⁹ lenitiuis. Exēplū neceſſitatis cōpoſitiōis medicinarū pp̄ter diuerſitatē nāe egritudinis a mēbro pꝛopter pncipalitatē mēbri eſt ſicut egritudo calida que fit in aliquo mēbro pncipali ſicut in cerebro: q̄ neceſſe eſt vt nō multiplicem⁹ multū medicinas frigidas: ideo vt nō extinguamus calorē nālē: ⁊ vt nō pueniat a ſenſib⁹ ⁊ motib⁹. Et pp̄terea eſt neceſſe miſcere cum illis medicinas res que ad aromaticitatē ſint declinātes: ⁊ ad calorē ɔ̄fortent. Et in paſſione frigida que accidit epati neceſſe eſt euacuare: ſicut declaratū eſt in libro ingenij ſanitatis. ⁊ poſſibile ē vt ſit hoc ɔ̄riū: eo q̄ ſicut ē nobis neceſſe cognoſcere ∫tutes medicinarū neceſſariarū tpe neceſſitatis: eodē mō idigem⁹ cognoſcere modū cōpoſitiōis: ⁊ ſi non eſt poſſibile nobis medicinari niſi veniam⁹ ad partē ingenij ſanitatis. q̄ īcipiam⁹ hoc ſcire pmo a libro īgenij ſanitatis poſtq̄ ibi declaratū eſt. Et q2 hucuſq̄ exiuim⁹ ab intētione noſtra: redeam⁹ nūc ad ipſā: ⁊ dicamus q̄ qn̄ apoſtema eſt in mēbro pncipali ⁊ maxime īmanētū neceſſe eſt vt ſue medicine miſceam⁹ que fortificēt virtutē ⁊ ſubſtātiā ipſi⁹: ⁊ caueam⁹ ne virtutes ſue diſſoluātur ſicut ſunt ſandali ⁊ roſe. Et ſilr̄ qn̄ erit mēbrū maximi īmanētū: tūc neceſſe eſt nobis ɔ̄ſeruare ipſius cū medicina ſtiptica. Et exēplū neceſſitatis pp̄ter locū mēbri eſt qn̄ volumus q̄ medicina ſtiptica vadat ad pfunditatē corporis debemus ſecū admiſcere rem que habeat ſubtilē ſubſtantiā pp̄ter longitudinē ſiti loci: ad hoc vt ſit vehiculū ſtipticitatis: q̄uis ſit cōtra queſitum noſtrum in aliquo. Sicut admiſcemus cantarides in medicinis veſice: ⁊ crocum in medicinis cordis calidis. Et ſimili modo nos miſcemus cera3 in emplaſtris: ꝓpterea vt ſit materia faciens ea melius applicari membꝛo. Sed exemplum neceſſitatis cōpoſitionis medicinarum ex parte colligantie eſt ſicut egritudo ca. q̄ fit in ore ſtomaci: q2 in ea non debemus multiplicare medicias frigidas: eo q̄ cōicat cū mēbro frigido. ¶ Iſta ſunt .v. mēbra neceſſitatis cōpoſitiōis: pp̄ter que ɔ̄ponunt̄ medicine que ſunt ex diuerſis virtutibus quādo nō inuenim⁹ in vna ſimplici quo ex virtutib⁹ indigem⁹. ¶ Sed ſecūda particula neceſſitatis ɔ̄poſitiōis eſt: q2 aliqn̄ nos inuenimus vna3 ſimplicē medicinā que h3 fortiore3 virtutem: aut debiliore3 eo q̄ q̄rimus. Et hec particula diuiditur in pla mēbra. Unus eſt q2 erit nobis neceſſaria vna ex pmis opationibus medicine: ⁊ h̄ ſimplex quidē habet plus aut minus q̄ queram⁹: q̄re tūc neceſſe ē nobis habere alia3 medicinā vt debilitem⁹ ſuā operatione3 aut vt eā fortificem⁹. Et ſi tu vis eā debilitare h̄ fit duobus modis. Unus ē vt miſceam⁹ cū forti medicina aliā que ſit contraria ſue virtuti. Uerbi gratia. qn̄ habemus vnā medicinā que ſit ca. in tertio gradu: ⁊ nō indigem⁹ niſi ea que ſit ca. in ſecūdo: miſcebim⁹ cū ea illā3 que ſit frigida in pmo. Alter mod⁹ debilitādi eſt vt miſceam⁹ cū forti medicina aliā que nō ſit cōtraria in qualitatib⁹ ⁊ virtutibus: ſed ſimilis in ∫tutib⁹: ſed min⁹ habeat altera ex eis. Uerbi gratia. ſi habuerim⁹ medicinā calidam in tertio gradu: ⁊ nos velimus declinare ab illo miſcebimus cū ea vnā que ſit calida in pmo gradu ſolum: ⁊ habeat ſparationē quā dicimus vt debilitet̄ medicina cū ſuo ſimili in qualitate. Et q̄ ſit minoris virtutis pꝛobat .G. per ɔ̄mixtionē aq̄ tepide cū aqua bulliēti: q2 neceſſario videm⁹ feruentis calorē declinare. Et hic eſt contra dicendū: q2 ſi videmus q̄ homo habeat egritudinē calidā3 in quarto gradu. vel etiā in tertio: ⁊ dederim⁹ rem calidā in ſecūdo gradu multotiens ledet ipm. Et pp̄terea ∫ba .G. debēt refragari ex dieta tali min⁹ calā ſuper. Dicas ſi dederim⁹ mel habenti cauſonē nōne ledet̄ icōtinenti magna leſione: Et ſimiliter ſi quis haberet magnas leſionē frigidiſſimas in capite: ſi tu inungas ipſum oleo roſato nōne multum ledet: Et ſi ſuſtinent Gal. pudeant ſuper hoc. Sed dicimus q̄ ſi ita eſt ſicut dicit .G. erit per hanc viā: q2 medicina quā dicimus calidiorē eē eſt illa que habet maiorē cōparationē caloris ad frigidi

tateꝫ q̃ꝫ illa q̃ eſt minus calida. ergo erit frigiditas in am-
babus per contrariū: hoc eſt q꞉ in calidiori erit frigiditas
minoris cōparationis: ⁊ in frigidiori erit maioris compa-
rationis. verbi gratia: q꞉ ꝯparatio caloris ad frigus in .ʒ.i.
piperis ē maior q̃ꝫ in .ʒ.i. ſpice. ⁊ ſi in .ʒ.i. piperis ſint .v. par-
tes caliditatis ⁊ vna frigiditatis. ⁊ in .ʒ. vna ſpice ſint due
partes caliditatis: ⁊ vna frigiditatis mixtis duabꝰ .ʒ. ſimr̄
erit ꝯparatio caliditatis ad frigiditatē in hoc mixto ma-
ior q̃ꝫ eſſet in pipere ſolo. Et qn̄ eris bene ſpeculatꝰ in hoc
videbis hoc fieri per hāc viā. Et iſte partes medicine q̃s
diximus calidas aut frigidas: q̃uis nō ſint in actu nō no-
cent in hoc documēto: q꞉ ſunt q̄ſi medie inter illā reꝫ que
eſt inter actū ⁊ potētiā. Et ideo eſt poſſibile in multis cor-
poribus cōſimilibꝰ: vt diſſoluant̄ artificialr̄ ptes ex qbꝰ
cōponunt̄ ſicut eſt lac. Et fortificat̄ hec opinio: eo ꝙ me-
dicina que hꝫ plures partes calidas in ſe ſine dubio eſt ꝑ-
parata vt inflāmet̄ a calore nāli plus q̃ꝫ medicina que tm̄
nō hꝫ. Sed accidit aliqbus corpibus ꝓpter fortitudineꝫ
caloris illoꝝ: ⁊ ꝓpter ꝑparationē corpoꝝ ipſoꝝ vt cōuer-
tant oīa que eis adueniūt ad ſubam ignēā: etiā ſi eſſet mi-
noris caliditatis q̃ꝫ illa. ⁊ pōt eē ꝙ hec eſt occaſio leſionis
mellis in cauſone: ⁊ quō nō debꝫ hoc facere: q꞉ videmus
ꝙ aqua etiā cucumerum conuertitur in his febribus ad
colerā. Iſte eſt modus debilitādi v̄tutes medicinarū per
cōparationē. Sed qn̄ volumꝰ fortificare nō fiet hoc niſi
vna via: hoc eſt vt miſceat̄ cū ea medicīa ſue ſpeciei ⁊ ſit
fortior ea: ⁊ adhuc loquemur de his: ⁊ de rebꝰ que intrant
in ſecūda particula partiū p̄maꝝ ſunt qn̄ volumꝰ ſilr̄ for-
tificare ſcđas v̄tutes ⁊ tertias medicinarū ſimpliciuꝫ: aut
debilitare: ⁊ hoc etiā fit duobꝰ modis. Unꝰ eſt vt miſcea-
tur cū forti medicina vna que habeat ꝯriā virtutē. verbi-
gratia: qn̄ habebimꝰ medicimā aperitiuā ⁊ inciſiuā ī ter-
tio gradu: ⁊ volumꝰ declinare ab illo miſcebimus cū iſta
medicinā opilatiuā ingroſſatiuā in p̄mo gradu: ⁊ tūc redi-
bit p̄ma ad aperiēdū in ſcđo gradu. Alter modus ē vt mi-
ſceamꝰ cū ea ſimilē: ſed minoris virtutis: q꞉ etiā ex ea de-
ueniet p̄me diminutio actionis ſicut dictū eſt in p̄mis q̄li-
tatibꝰ: q꞉ cōparatio opilatiōis ad ſubtilitatē in hoc eſt ma-
ior q̃ꝫ in p̄ma. Sed ſcđa via fortificādi v̄tutes ſcđas ⁊ ter-
tias eſt vt miſceat̄ cū ea ſilis ⁊ ſit fortior. Et quidā dicunt
ꝙ virtutes ſcđe fortificātur miſcēdo medicinā cū medici-
na alia ſimili in eodē gradu: ita vt nō ſit fortior: ⁊ dicūt ꝙ
expientia teſtificat̄ ꝙ due medicine eq̄les in virtute ꝯiū-
cte habebunt fortiorem operationē q̃ꝫ vna illarū ſingu-
laris ⁊ per ſe: ⁊ hoc accidit: qn̄ erit quātitas vnius equalis
quātitati alterius. Et poteſt eſſe ꝙ cauſa huius eſt ideo q꞉
he due medicine cōiuncte: q̃uis videatur ab eis vt ſint
equales in virtutibus ſecundis ⁊ tertys nō poteſt eſſe vt
ſint equales penitus veraciter: niſi largo arbitrio: eo q꞉ ī-
poſſibile eſt vt nō diuerſificent̄ in ſubtilitate ſubſtātie et
groſſicie: ⁊ ſpiſſitudine ⁊ raritate: ⁊ ſimilibꝰ: ergo nec erit
difficile eas inequaliter permutare ꝓpter īſertionē earū
ſubſtātiarū: quia ipſa in quibus recipient ꝑmutationē nō
erunt equalia: ⁊ ꝓpterea manifeſtabitur permutatio ea-
rum corpori plus q̃ꝫ manifeſtetur permutatio corporis in
eis: hoc eſt quia corpus erit ab eis magis permutatū: ⁊ id-
circo iſtud qđ tardat permutari exire a corpore retinet il-
lud qđ eſt velox ad exeundū: vnde fortius operant̄ in cor-
pore: ⁊ per hanc viaꝫ poteſt eſſe ꝙ ſimilia adinuicē fortifi-
cantur: ⁊ ſimiliter dicimus in p̄mis virtutibus. Et ꝓpte-
rea vides ꝙ antiqui ponūt in eoruꝫ cōfectiōibus medici-
nas equales oībus virtutibus tribus. Iſti duo ſunt modi
p̄marū partiū que fuerunt cauſe cōpoſitionis. Et in ſcđa
particula īgreditur adhuc alia res: hoc eſt q꞉ poteſt eē vt
nō īdigeamus oībus virtutibus medicine numero: ſed q-
buſdam: ⁊ hoc eſt duobus modis. Unus eſt quia nō indi-
gebimus oībus qualitatibus primis medicine niſi vna.
verbi gratia: habebimus vnaꝫ medicinā calidaꝫ ⁊ humi-
dam ſimpliceꝫ: ⁊ nō indigemus ea niſi ꝓpter humiditatē
quare tūc debemus miſcere cū ea medicinā frigidā ⁊ hu-
midā: tamen neceſſe eſt vt ſit frigiditas illius equalis in
comparatione caloris alterius: ad hoc vt ſint temperate
in caliditate ⁊ frigiditate: ⁊ vt humiditas ſola dominet̄:
⁊ ſic debes intelligere vnāquāqꝫ iſtarū qualitatuꝫ. Alter
eſt vt ponamus ꝙ indigeamus ex vna medicina ſecūdis
virtutibus aut tertys ⁊ non primis. verbi gratia: ſicut ne-
ceſſarium eſt ſemen apy in febribus que fiunt ꝓpter opi-
lationem ſolum: vt aperiant̄ opilationes ⁊ vt ſubtiliētur
humores groſſi ⁊ prouocetur vrina: ⁊ non eſt neceſſarius
ſuus calor: nec ſua ſiccitas. quare tunc cuꝫ eo debemꝰ mi-
ſcere reꝫ frigidaꝫ ⁊ humidā que remittat ſuū calorē ⁊ ſuā
ſiccitateꝫ ſemper conſiderando: vt ſecunda virtus ipſius
non reſiſtat ſecunde virtuti prime: qua īdigemus: hoc eſt
apertione: verbi gratia: ſi neceſſe eſt nobis miſcere nenu-
far cum ſemine apy: aut ſuuꝫ ſimile debemus ponere lo-
co nenufaris ſemen melonis aut citruloruꝫ: ad hoc vt ſe-
cunda virtus illorum fortificet ſecundā virtuteꝫ apy: q꞉
q̃uis iſta duo ſemina ſint frigida habent tamē virtutem
diureticā: q̃uis .G. dicat ꝙ ſi miſceatur res debilioris vir-
tutis cum re que eſt fortis virtutis: ⁊ eſt vnius generis: ꝙ
ipſa eaꝫ debilitat: nec eſt impoſſibile vt quādo cōiungun-
tur due res que ſunt vnius virtutis: quāuis vna ſit debi-
lior altera: ꝙ cōiunctuꝫ iſtarum non ſit fortius ſingulari.
Sicut tu vides ꝙ nos miſcemꝰ medicinis calidis acetuꝫ
ꝓpter iuuamentū apertionis q̃uis videat̄ eſſe frigiduꝫ:
q꞉ ſi nos ſeparamus partem calidam ab aceto nō faceret
id qđ facit in frangendo lapideꝫ: ⁊ eſt remotuꝫ vt faceret
hoc ꝓpter parteꝫ frigidam ſolum: ſed facit hoc ꝓpter ca-
lidam partem que eſt in tali ſubſtantia. Et ideo miſcemꝰ
ipſum cum medicinis calidis: q̃uis ſit debilioris caloris
iſtis. Sed cū hoc toto eſt aliquid in aceto: qđ hanc opera-
tionem adiuuat: ſicut ſtipticitas ſua. Et idcirco dicimꝰ ꝙ
medicina debilis mixta cuꝫ forti ꝓdeſt fortificationi for-
tioris: quia operationes medicinaruꝫ in corporibus hūa-
nis non ſunt niſi per viam cōparationis ⁊ aſſimilationis
corporibꝰ humanis: ⁊ nō ſunt niſi ex parte ipſiuſmet me-
dicine: q꞉ tu vides multas medicinas in quibus eſt pau-
ca caliditas: ⁊ cōparate humanis corporibus inueniūtur
calidiores illis que videntur illis calidiores. Et ſic poteſt
eſſe ſemen apy coniunctū cum ſemine melonis: ⁊ ſit for-
tius in operatione q̃ꝫ apium ſolum in corpore humano: ⁊
quando medicus ſubtiliter cōſiderauerit hoc non medi-
cabitur cum ſimplici medicina. Et hec ꝑparatio inuenit̄
in compoſitionibus antiquorum: ſicut in oximelle ſemi-
num: q꞉ conſiderauerunt cū aceto fortificare ſcđam ope-
rationē mellis: idcirco laudauerunt illas medicinas ſim-
plices: quarum ſecunde virtutes adiuuant ſe adinuiceꝫ:
quāuis in p̄mis ſint ꝯrie ſicut de yreos: ⁊ de alys ſimpli-
cibus medicinis. Et in ſūma iuuamentum iſtius prepara-
tionis: nō eſt niſi in ſecundis virtutibus ⁊ tertys. Et quā-
uis inueniat̄ ſcriptum in dictis antiquoꝝ: nō tamen oſtē-
derunt rationem. Sed nobiles viri fily Auenzoar teſtifi-
cati ſunt hoc: ⁊ illi ſunt quibus debet attribui ſcīa medici-
ne. Tertia neceſſitas cōpoſitiōis eſt vt ponat̄ in medicis
purgatiuis aliquid ad refrenādū: vt nō ledant mēbra p̄n-
cipalia. Sed aliquādo ponuntur medicine ad dulcoran-
dum medicinam que habet malū saporeꝫ: ⁊ ad hoc vt ſit
amicabilior nature: ſicut ſunt cōfectiones que fiunt cum
melle ⁊ zuccaro: q̃uis in multis locis ſint cōtrarie noſtre
intentioni: ſicut in medicina a qua querimus frigiditatē
⁊ ſtipticitatē. ¶ Huculqꝫ diximus modos neceſſitatis cō-
poſitionis ſimpliciū medicinarum.

¶ Cap. LVIII. Qđ eſt de menſura et proportione medicinarũ ſimpliciũ cõpoſitas ingredientium.

Deinceps volumus dicere pparationẽ q̃titatis ſimplicis medicine que ponit̃ in cõpõne medicine. Et hoc duob⁹ modis fit. Unus eſt ppterea q: nos nõ dam⁹ ex medicĩa ſimplici quãcũq; q̃titatẽ: ſʒ q̃titatẽ determinatã: qđ facim⁹ pp fortitudinẽ medicine aut eius debilitatẽ. Et debem⁹ hãc eandẽ viã inſpicere et in cõpoſitis: hoc eſt q: debem⁹ ponere ex forti paucã quãtitatẽ: et ex debili multã quãtitatẽ ſʒ qđ ordinatũ fuit in tyriaca. Alter eſt qñ in vna medicina cõpoſita ſimplex medicina hʒ vltimũ iuuamẽ q̃ſitũ: et alie que ponunt̃ nõ ponunt̃ niſi pp̄ter ipſã: ſicut ſunt trociſci de lacca et alia cõpoſita que ab vna rerũ intrãtiũ nominant̃: et ponit̃ plus de illa. Et põt eſſe vt nõ ponat̃ in vna cõpoſitione alicuius medicine ſimplicis multa quãtitas niſi pp̄ter iuuamẽtũ multũ: qđ eſt in ea. Et põt eẽ vt nos ponamus multũ ex medicina cõpoſita pp̄ter remotionẽ mẽbri. Et hoc fit pp̄ter debilitatẽ medicine cõparatione illi mẽbro: et põt eẽ vt iſte cauſe fortificent̃ adinuicẽ et põt eẽ vt vna reſiſtat alteri: ſicut qñ cõiungunt̃ in vna medicina res multi iuuamẽti cũ debilitate earũ et remotiõe loci. pp̄terea ſi ſunt ex illis que ſunt multi iuuamẽti debemus ponere multã quãtitatẽ: et ſi ſunt pauci iuuamẽti debemus ponere exiguã quãtitatẽ: et magis qñ cõiungit̃ cũ pauco iuuamento multũ nocumẽtũ. et qñ ẽ media inter paucũ iuuamẽtũ et multũ erit media inter multũ et paucũ. Sʒ ideo q: quãtitas medicinarũ laxatiuarũ nõ põt ferre multã quãtitatẽ augmẽti et diminutionis ſicut ferũt alie: eſt nobis neceſſe in cõpoſitiõib⁹ earũ vti duab⁹ reb⁹. Una. q: debes accipe de vnaquaq; illarũ vnã doſiʒ. Et poſtea dabis ex illo opationẽ vnius illarũ ad totũ: hoc eſt ſi erunt quattuor medicine dabis quartã partẽ. Altera ẽ q: tu debes accipe ex doſi integra vniuſcuiuſq; medicine aliqđ ſʒ opationẽ vni⁹ medicinarũ cõpoſitarũ. Et iđ q: vna ex rebus que magis neceſſaria eſt medico in cõpoſitione medicinarũ eſt vt ſciat in quo gra. eſt medicina cõpoſita in p̃mis v̄tutibus ſcđis et tertiis ſi ſciri poſſet. de hoc volum⁹ loqui: et dicim⁹ q: qñ hõ vult ſcire gradũ medicine cõpoſite ex q̃litatibus medicinarũ ſimpliciũ: primo dʒ facere hãc diſtinctionẽ: hoc eſt q: impoſſibile eſt vt euadat medicina cõpoſita ab vna duarũ rerũ: aut vt ſint medicine ſimplices ex qbus eſt cõpoſita vni⁹ generis. i. vt ſint oẽs calide aut frigide: aut hũide: aut ſicce: aut ſint ex v̄tutib⁹ cõp̄ſitis: B eſt vt quedã ſint calide: quedã frigide: quedã humide: quedã ſicce. Et etiã p̃ma particula nõ euadit ab vna duarũ rerũ: hoc eſt aut vt ſint ille medicine q̃s dixim⁹ eẽ vnius generis in vno gra. v̄tutis: que eſt ſub vno gñe: hoc ẽ verbi gr̃a: vt ſint in vno gra. calidi et ſicci: aut vna hẽat egreſſũ ſup alterã: ita vt vna ſit tẽperata: et altera ſit calida in p̃mo gradu: et alia in ſcđo: et alia in tertio: et alia in quarto. Et pars ſcđa etiã nõ euadit ab vna duarũ rerũ: aut vt ille medicine que ſunt cõtrarie ſint in vno gradu cõtrarietatis: aut vna habeat egreſſũ ſup aliã in illa cõtrietate. verbi gr̃a: q: vna ſit calida in tertio gradu: et alia frigida in p̃mo: et alia ſicca i ſcđo: et alia humida i p̃mo. Et aliqñ accidit vt cõiungant̃ oĩa hec q̃tuor in vna medicina. et cognitio ſimplicis dabit tibi cognitionẽ cõpoſiti. Et via ſpeculatiõis in p̃ma pticula quã dixim⁹ q: v̄tutes medicinarũ ſunt in ea i vno gñe et in vno gradu eſt: vt apparet: vt eẽ debeat gradus cõiuncti totius in vno et eodẽ gradu quo eſt vna ſingulariũ per ſe: ſaluo vt nõ acquirat ãmixtionẽ: et vnã formã q̃ eẽt cõparatione corporis humani calidior aut frigidior vniuſcuiuſq; ſimplicium per ſe: et maxime in medicinis que diu ſtant cõfecte ante q̃ eis vtamur: et forte ero cõtentus in fine q: hoc accidat in plurib⁹ cõpoſitionib⁹. Sʒ qñ erũt medicine cõtrie in vno gradu cõtrietatis: tũc de neceſſitate vna vincet alterã: et erit medicina tẽperata: ſaluo q: earũ quãtitates ſint illa quãtitas in qua poſſit eẽ ille gradus virtutis: q: nulla medicĩa que eſt calida in p̃ gradu: aut ſcđo nõ eſt ſicut in omni quãtitate accidẽtis: quod eſt quia cum mel ſit calidũ in ſcđo gradu: et ſandali ſint frigidi in ſcđo mel vincet ſandalũ ſi ex melle comedant̃ due vncie: et ex ſandalis. ʒ. ij. ſed due. ʒ. mellis nõ vincent duas. ʒ. ſandalorum. Sed ſi medicine nõ ſunt cõtrarie in eodẽ gradu contrarietatis. ſed erit. gr̃a exẽpli. vna frigida in p̃mo gradu: altera calida in tertio: et alia frigida in ſecundo: et alia calida in quarto. manifeſtũ eſt q: frigida remittet ex calida ſm q: eſt in gradu frigiditatis in vno gradu: aut in duob⁹: hoc eſt: quia res que eſt frigida in primo reducet calidũ in tertio ad calidũ in ſecũdo. et eodẽ modo que eſt frigida in ſecũdo reducet calidã in quarto: ad calidã in ſecũdo: et ſemp erit victoria ſm vnũ gradũ: quia illa que eſt frigida in ſecundo reducet illã que eſt calida in tertio: ad illã que eſt calida in p̃mo: et totũ hoc eſt quãdo q̃titas medicinarũ eſt equalis: et nõ intẽdas equale in pondere: ſʒ eq̃lis in virtutibus. Et hec q̃titas eſt in p̃mo gradu gradiũ in quibus manifeſtant̃ operationes medicinarũ in corpore humano. Et ſi diuerſificant̃ virtutes contrarie ſcđm magis et minus. Et diuerſificant̃ quantitates etiã ſm plus et minus: hoc eſt ſi quantitas medicine debilis erit multa: hoc eſt duplũ quãtitatis fortis: tunc remouebit ex forti gradum vnũ vltra gradũ quẽ remiſit: pp̄ter qualitatẽ. verbi gratia. ſi habuerimus vnã medicinam calidã in tertio gradu: et aliã frigidã in p̃mo: et que erit frigida in p̃mo erit duplũ q̃titatis eius que eſt calida in tertio gradu: ex gradibus in quibus manifeſtat̃ operatio illius medicine in corpore: tunc remittet ſcđm q: dictũ eſt. Sed ſi erit tripla in quãtitate gradus operatiõis reducet ipſã ad temperantiã. Et ſi medicina calida aut frigida erit minoris quãtitatis quãtitate p̃ma nõ curamus de ea. Et ſi fuerit cõtrariũ: hoc eſt ſi medicina fortis erit ipſa que multa eſt in quãtitate: plus q̃ ſua quãtitas p̃ma in gradu operationis: et debilis remanebit in ſua quãtitate p̃ma: tunc debilis nõ remittet ex forti niſi ſcđm cõparationẽ illius quãtitatis. verbi gratia. ſi erit quãtitas ex forti dupla ſue quãtitatis p̃me in gradu operationis: et debilis remanebit in ſua p̃ma quãtitate: hoc eſt q: debilis erit calida in primo gradu: et fortis erit frigida in tertio: tũc calida nõ reducet frigidã in tertio vſq; ad ſcđm: ſed reducet a tertio media menſura a tertia ad ſcđam. Et cauſa huius eſt q: quando duplicat̃ p̃ma quantitas medicine: tunc duplicat̃ etiam qualitas: et egredit̃ ex gradu ſuo in caliditate aut frigiditate ad alium gradũ. Ideo quãdo tu inuenis vnã medicinam que erit frigida aut calida in tertio gradu: et eris duplicata eius p̃ma quantitas in gradu operationis ipſa interficiet de neceſſitate ſicut interficit venenũ. Sed medicine q̃ ſunt in vno gradu: ſiue in vno genere virtutũ: et illarum gradus diuerſificant̃ hac re illarum pparatio iterum eſt vt medicina que eſt debilis virtutis remittat ex forti: et iam vidimus cauſã hui⁹. Sed adhuc neceſſe eſt vt intelligas hoc ſcđm viam quã dicem⁹: hoc eſt q: medicinarum que ſunt contrariarũ virtutũ vna non remittit vel alterat aliam niſi ſm q: habet de qualitate cõtrarietatum: qđ eſt: q: medicina q̃ eſt frigida in p̃mo non remittit eam que eſt calida in ſcđo niſi ſcđm ſuperfluitatem quã habet: hoc eſt vnum gradũ. Et idcirco de neceſſitate eſt q: ex medicinis q̃ ſunt in vno genere virtutũ debilis remittat ex forti ſcđm cõparationẽ in medicina debili ad ſuum cõtrarium de maiori illa que eſt in medicina forti. verbi gratia: frigiditas que eſt in medicina calida in p̃mo gradu eſt maior cõparata in calori qui eſt in ea: q̃ illa que

eſt calida in ſcdo gradu. Et frigiditas q̄ eſt in medicīa q̄ ē
calida in tertio gradu eſt minoris ꝯparatiōis ſuo calori q̄
frigiditas q̄ ē in calida in ſcdo gradu. ergo medicina tēpe-
rata in medicinis que ſunt in vno gn̄e v̄tutū eſt ꝓpinqoꝛ
ad remittēdū eā que eſt frigidioꝛ ea. ꝓpterea qꝛ ꝯpoſitio
ꝯtrarietatū in ea eſt ꝓpinquioꝛ compoſitioni tēperātie: ⁊
poſt illā illa que eſt in p̄mo gradu: ideo qꝛ vnū ꝯ̄trioꝝ eſt
debilius in illa. ⁊ poſt illā illa que eſt in ſcdo: eo q̄ vnū cō-
trarioꝝ eſt debili⁹ eo qđ ē in illa que ē in p̄mo gradu: ⁊ mi-
noris ꝯpoſitiōis. ⁊ poſt illā illa que eſt in tertio gradu. ꝓ-
pterea qꝛ ꝯ̄riū qđ eſt in illa eſt minoris cōpoſitiōis ceteris
alijs. verbi grā: ſi miſcuerim⁹ vnā medicinā tēperatā cuꝫ
alia que ſit calida in ſcdo gradu. nō hꝫ v̄tutē ſm̄ veruꝫ. aſꝫ
ſm̄ nāꝫ reducēdi ipſaꝫ ad p̄mū gradū: ideo qꝛ illa que hoc
dꝫ facere neceſſario erit frigida in p̄mo gradu: ſed hoc re-
ducit eā ad rē que nō attigit hūc gradū. Et ſi miſcuerim⁹
cū illa que ē calida in ſcdo gradu medicinā calidā in p̄mo
gradu. remittet etiā ipſaꝫ: ſꝫ minus etiā q̄ tēperata. ꝓpte-
rea qꝛ cōpoſitio frigiditatis ad caliditatē calide in primo
gradu eſt minoꝛ cōpoſitiōe que eſt ad tēperatā: ſicut eſt in
tēperata minoꝛ cōpoſitio q̄ in illa que eſt frigida in p̄mo
gradu. ꝓpterea īpoſſibile eſt medicine tēperate vt remit-
tat ex ea que eſt calida in ſcdo gradu tātū q̄tū remittit il-
la que eſt frigida in p̄mo gradu. Et etiā eſt īpoſſibile cali-
de in p̄mo gradu: vt remittat ex calida in ſcdo tātū q̄tuꝫ
remittit tēꝑata. Et ſic eſt ipōſe vt remittat calida ī 2° gra
du ex calīa ī 3° gradu tātū q̄tū calida ī p̄. Et adhuc plus tē
ꝑata aut frigida in p̄mo gradu. Sꝫ qꝛ medici nō viderunt
neq̄ cōſiderauerūt in his dicūt: q̄ qn̄ nos miſcem⁹ vnaꝫ
medicinā calidā in p̄mo gradu cū alia calida in tertio gra
du ipſa reducit ipſaꝫ ad caliditatē in ſcdo. ¶ O vtinā ego
ſcirē de iſta que eſt calida in tertio gradu vnā que eēt fri-
gida in p̄mo: ad quē gradū reduceret̄. Si dicerēt q̄ redu-
cat̄ ad ſcdm̄ gradū: Reſpōde. ergo calida in p̄mo: ⁊ frigi-
da in p̄mo reducēt calidā in tertio ad vnū gradū: ⁊ hoc ē
vanū. Et ſi dixerint q̄ frigida in p̄mo gradu reducet cali-
daꝫ in tertio ad calidā in p̄mo. ergo reſpōdem⁹ q̄ frigida
in ſcdo reducet calidā in tertio ad tēperatā. ⁊ hoc eſt ita i-
poſſibile ſicut aliud. ⁊ iſte erroꝛ ꝓuenit a ꝑuatiōe ſciētie.
Et poſuit hunc errorē hō qui dicit̄ alkindus: qꝛ ipſe fecit
vnā cōpilationē tractatuū: ⁊ in illis credidit dare cogno-
ſci naturā medicinarū cōpoſitarū. Et voluit hoc demon-
ſtrare per partē alaachi vel algoriſmi: ⁊ muſice: ſicut fecit
ille qui ſpeculat̄ res ꝑ accidēs. Et dicit q̄ cōpoſitio quat-
tuoꝛ graduū medicinaruꝫ eſt cōpoſitio duplex: ita q̄ q̄rt⁹
gradus deueniet q̄druplicatus. ꝓpterea: qꝛ ponit primuꝫ
gradū duplū temperantie: ⁊ ſecūduꝫ dupluꝫ: primū ⁊ ter-
tiuꝫ dupluꝫ ſecūdi: ⁊ quartū dupluꝫ tertij. Et erat ei ſuffi-
ciens dicere q̄ ſecūdus eſſet duplū p̄mi: ⁊ tertius tripluꝫ:
⁊ quartus quadruplū. Et ſic intellexerūt medici in oꝛdi-
ne graduū ad hoc vt eſſent equales: qꝛ caliditatē ſenſibi-
lē coꝛpoꝛi poſuerūt in p̄mo gradu: ⁊ ab hac deuenerunt a
medicina que eſt remota ab illa tantū quātū fuit remo-
ta illa a temperata: ⁊ poſuerunt illā in ſecundo gradu. Et
iſtud ſine dubio eſt dupluꝫ primi. Et poſt hūc deuenerūt
a medicina que eſt remota a ſecunda tantū quātū eſt re-
mota ſecūda a p̄ma: ⁊ hāc poſuerūt in tertio gradu. qꝛ tri-
plicata eſt: ⁊ ſic fecerūt in quarto gradu: ſed ſꝫ Alexādrū
eſt neceſſe vt ponāt ſecūduꝫ gradū in exceſſu ſuper p̄mū
dupluꝫ exceſſus quā habet p̄mus ſuper temperatuꝫ: ⁊ ter
tius ſuper ſecunduꝫ duplū exceſſus quem habet ſecūdus
ſuper primum. ergo medicine que erunt in tertio gradu
caliditatis neceſſario interficient: ⁊ magis que erūt in q̄r-
to. Et quō poſſunt tolerare coꝛpoꝛa medicinas que ſunt
in. xvi. gradu. Et adhuc ponamus q̄ ita ſit latitudo quar
ti ad tertium non eſt pꝛopoꝛtionalis latitudini ſecūdi ad
temperantiā: ⁊ tales latitudines deberent poni in gradu
Et ſimiliter latitudo que eſt a ſecūdo ad tertiū: ⁊ ſecundū
illos oꝛdines graduū nō ſunt equales. Et non poſſet eſſe
maioꝛ erroꝛ in hac arte q̄ iſte. ideo quia res in qua intelle
ximus in primis conſeruare oꝛdinem exceſſuum virtutis
vnius ſuper alteram eſſet occulta nobis: nec ipſam cogno
ſceremus. Et erroꝛ alchindi fuit quādo poſuit rem que
eſt in p̄mo gradu duplam temperata in qualitate calida
aut frigida: ⁊ hec fuit cauſa: quia ſecutus fuit comparatio
nem dupli. Et eſt dicenduꝫ q̄ illud quod intellexit Galie-
nus in pꝛimo gradu eſt q̄ habet exceſſuꝫ ſuper tempera-
mento in vna parte vltra ipſum. ⁊ ſm̄ hoc quādo compo-
netur compoſitio dupli in exceſſum graduuꝫ non erit ne-
ceſſarium q̄ medicina que eſt in quarto gradu ſit dupla
ſuper medicinaꝫ que eſt temperata ſexdecim duplis vici-
bus. Et q̄ dictum Galieni ſignificat hoc quando dixit: ⁊
mea intentio eſt in pꝛimo gradu. illa res que manifeſta-
tur ſenſui ⁊ permutatione coꝛpoꝛis: quia eſſet intētio Ga-
lieni q̄ pꝛimus gradus eſſet duplum temperati: permuta
tio que manifeſtatur in coꝛpoꝛe a medicina non eſſet p̄n-
cipium permutationis. Et contemplare bene hec verba
ſi ſunt veracia: ⁊ non conſequeris conſuetudinem popu-
loꝛum q̄ ſequunt̄ conſuetudines medicoꝝ nouoꝝ. Huc-
uſq̄ diximꝰ ꝑparatiōes q̄bus hō pōt cognoſcere naturā
medicinaꝝ cōpoſitaꝝ ⁊ cōponere eas per viā cognitiōis
p̄marum virtutū: quā etiam ſcdas ⁊ tertias graduauimus
q̄ nō fecerunt alij medici: ⁊ eſt querendū.

¶ Caplm̄. LIX. Quod eſt de cognitione medicinarum compoſitarum per experientiam.

POſtq̄ cōpoſitio medicinarū eſt inuenta ſm̄
rationem: virtus p̄ma ſcda ⁊ tertia medicine
cōpoſite ſcit̄ ſcdꝫ ratione. Querimus ſi expe
rientia habet aliquā inuentionē in virtutib⁹
medicinarum cōpoſitaꝝ: ſicut habet in virtu
tibus medicinaruꝫ ſimplicium. Et dicimus q̄ pꝛime virtu
tes ſecunde ⁊ tertie nō indigēt experientia in compoſito:
eo q̄ ſunt inuente ratione demōſtratiua. Sed ſi poſſibi-
le eſt in medicina compoſita facere aliquaꝫ ꝓpꝛietatem:
ꝓpter cōmixtionem in hoc habet experientia magnā in-
uentionem: ꝓpterea quia quedam ꝓpꝛietas eſt que ha-
bet conuenientiam cum cōpoſitione medicine: ⁊ quedaꝫ
non: ⁊ illa que non habet conuenientiaꝫ inuenitur in ma
ioꝛi parte in complexione naturali non artificiali: quāuis
non ſit remotum inuenire ꝓpꝛietates in medicinis: qua-
rum complexio facta fuit tempoꝛe longo: pꝛopterea quia
complexio magis eſt in illis confirmata. Et ideo dicit ho
mo queꝫ tu ſcis q̄ maioꝛ pars operationis tyriace pꝛoue-
nit a pꝛopꝛietate cōſequente totam ſubſtantiaꝫ: ⁊ dicit q̄
nos non debemus mutare aliquid ex receptione quā fa-
cit andromachus. Sed nolo ei credere: ſed volo addere
ad tyriacam multas medicinas: que non erant note illo
tempoꝛe: ⁊ de vnaquaq̄ faciam pꝛobationeꝫ: quare ipſaꝫ
addidero ſicut ē lignū aloes ⁊ ambꝛa ⁊ gariofili. Et poſt-
q̄ bene declarauimus pꝛeparationes cōpoſitionis: loquē
dum erit de manifeſtioꝛibus medicinis compoſitis: ⁊ po-
nenda eſt cauſa illarum cōpoſitionuꝫ. ⁊ hoc faciemus in
libꝛo futuro. Et quāuis hoc nō ſit nobis multum neceſſa
rium: naſcit̄ tn̄ inde aliqua ꝑfectio: ⁊ queadmodū muſici
qn̄ dederit p̄ncipia vocum ⁊ tonoꝝ: ⁊ ſpecies compoſitio
nis illoꝛum: loquunt̄ poſtea de inſtrumentis muſice ma
gis manifeſtis: ad hoc vt eoꝛum ſcientia ſit magis mani-
feſta: ita ⁊ nos faciemus. Et deus nobis conſentiat perue
nire ad perfectionem vltimam: que beatitudo ſempiter-
na appellatur.

¶ Explicit liber q̄ntus q̄ fuit de cibis ⁊ medicinis.

¶ Incipit liber ſextus: qui eſt de regimine ſanitatis. et eſt continens capitula decē et octo.

¶ Cap. I. Quod eſt de fine artis medicine.

SCias ꝙ finis penes philoſophū dici tur trib⁹ modis. Unus eſt ad quē res neceſſario tēdit: et hoc abſolute dicitur finis. Secūdus eſt ſicut forma dicitur eſſe finis mãe: et hic appellatur finis pfectionis entis inſeparabilis. Tertius eſt vt eo exiſtēte ſtant res per ipſuꝫ ordinate. Et hic finis cauſarū appellatur: ſicut dicitur exēplariter ꝙ ſerra eſt finis vaſoꝝ que per eā fiunt. Et finis artis medicine veraciter in primo mō et tertio dicitur. in ſcḋo vo largo dicitur mō. Sed hec particula quā incipimus modo eſt nobilior duoꝝ finiū qui iterū in hac arte requirunt. Et hec adhuc in duas diuidit partes: vna eſt quaſi ſanitas dꝫ cōſeruari: ſecūda eſt qualiter remoueant pparationes que inducūt in corporibus egritudines futuras: et hec eſt pars media inter cōſeruationē ſanitatis: et egritudinis remotionem. Et ſcias ꝙ hoc ſentētia nō valēt noſtra corpora tueri: niſi a corruptione que eis per accidēs fit. Et hoc plurimū accidit ppter ſuperfluitates ciboꝝ que in noſtris corporib⁹ aggregant: qḋ ēꝫ manifeſtū ē ꝙ nō. al. ſi quolibet regimine: aut cibo quilibet hō vteret: corpus ſanū remanebit ſemper. Et hoc eſt vnuꝫ electuariū qḋ in hac reperit arte et ſi hoc nō eſſet hec ars ſufficiēs nō diceret. Et idcirco bene diffiniuit ille q ipſaꝫ ingreſſaꝫ diffiniuit. Dicens ꝙ medicina eſt ars operatiua: que inuēta eſt experimento: et rōne cōſeruans quidē ſanitatē: et remouēs egritudinē. et hec eſt veracior diffinitio que in aliquo libro alicuius auctoris ſit inuēta. Et quāuis diffinitio Gal. ſit cōpleta: nō tamen eſt declarata: et eſt q̄ſi diminuta: qꝛ ille nō manifeſtauit ex quo genere eēt: qꝛ oēs artes miniſtrātes que ſup nãm dominant: aut q̄ ipſam manifeſtāt trib⁹ ſūt modis: aut erūt ſicut ſupſiſtētes abſolute qui formā vel mãm nō faciunt ſed pcipiunt: aut efficiētes abſolute qui nō pcipiūt ſed faciunt formā in mã exiſtēte pparata: aut ſunt medij: hoc ē vt ſint i pte efficiētes: et i pte ſupſiſtētes efficiētes in eo ꝙ faciūt formā: ſupſiſtētes i eo ꝙ manifeſtāt materiā: et pcipiunt ſuper illā. Exemplū hoꝝ triū. primus eſt patronus q regit nauis: et magiſter qui lignamina ſcidit. et nauim facit. et ſecūdus eſt et tertius q cōſtruit ipſaꝫ: et ordinat: et pcipit. Et hec verba optime declaraui mō in cōmēto ſup ſecūdo phyſicoꝝ. Et ſcias ꝙ ars medicine eſt de genere earū que ſunt efficiētes abſolute: qḋ eſt: qꝛ dat formā qua cōplenē noſtre operationes nãles. mã exiſtēte pparata: et hec formā dare nō pōt niſi ſm aptitudinē mãe: aut nãe: et hic eſt finis queſitus qui eſt ad vocādū artē vtplurimū loco cōuenibili ſuo ſubiecto. Et hic aſſimilat regimēto Gal. quo regi dꝫ homo tēperate cōplonis: quo homo puenit ad finē nãleꝫ ſue vite: et ad ſanitatē puenit nãleꝫ que ppter deſiationem ſit frigiditatis et ſiccitatis ſup membra pncipalia. Sꝫ hec ars nō dꝫ hūc finē tranſire: ꝙ ſi hunc finē doceret trāſire poſſibile eſſet hoībus viuere ſemp: et huius īpoſſibilitas eſt manifeſta. Et cauſa que phibet vt hec ars circa ſuum ſubiectū ſanabilē finē nō cōſequat eſt ſimilis cauſe. quare etiā alie artes circa ſua ſubiecta aliqn finē laudabilem nō habent: ſicut in regimine exercitātiū et transferentiū: et agriculture. Et Raſis aſſignat cauſaꝫ in vno libroꝝ ſuoꝝ: et eſt ꝙ iſte res ſupradicte multis indigēt medijs adhuc ſi nē: quē nobis īpoſſibile dare exiſtit. et bene dixit: tamē dictas ipſius ſuit diminutū: et īdiget additione vt meli⁹ declaret. Et eſt hoc verū ꝙ hec ars aliqn deficit in īdiuiduis ppter mãlces pparationes que ſunt in ipſis: qḋ eſt: qꝛ nō eſt īpoſſibile vt ſint duo hoīes vnius eiuſdeꝫ tēperate cōplexionis equaliter: et vtentur vno regimine: et vnus iſtorum deueniet ad melioreꝫ finē queꝫ conſequi poterit per ipſius naturā. in alio vero in eodē regimine exiſtēte mali generabunt humores qui mortes inducent. Et cauſa huius eſt: quia in eius cōplexione eſt mala preparatio fixa q̄ eſt cauſa vt in ipſo hec malicia generetur: quis hanc pparationem ignoremus. Et cauſa huius ignorantie eſt: qꝛ in naturis tot ſunt pparationes fixe: vt eas per ſigna cognoſcere nequeamus: et hoc accidit ppter preparationū infinitateꝫ: ſicut in naturali philoſophia eſt declaratū: qꝛ ibi dicitur ꝙ quelibet materia habet accidentia propria et fixa in ipſa ſine accidentibus que manant a forma. Et hec accidentia que ſunt in materia ſunt cauſe multitudinis varietatuꝫ que in naturis indiuiduoꝝ inueniunt quēadmoduꝫ accidentia ppria forme ſunt cauſe multitudinis varietatuꝫ que in moralitatibus indiuiduoꝝ hominum cognoſcuntur. Et totuꝫ hoc eſt: quia in homine multe ſpecies indiuiduoꝝ vel cōpoſitionuꝫ inueniunt: quia eſt vltimū compoſitū: et ob hoc prouenit occultatio varietatis ppietatuꝫ que in naturis et moralitatib⁹ indiuiduorum inueniunt: quis in ſenſibilibus particularibus indiuiduoꝝ manifeſtis quos ad nos cōmunicēt. Ecce aliquantuluꝫ egreſſi ſum⁹ ordinē libri noſtri: nō tamē ppter hoc minus ſequet iuuamentū: qꝛ hic remouim⁹ vnū dubiuꝫ qḋ multi ſapientes ſcire affectant. Deinceps ad noſtrum reuertemur pͦpoſitū. Et dicem⁹ ꝙ illi qui dicunt ꝙ illi q regunt ſm q. G. dicit in regimine ſanitatis: perit⁹ ad bonum finē terminant: neſciunt quō cognoſcit finis huius artis aperte ſuoꝝ paſſiuoꝝ. Et iſti viam medicoꝝ ignorātium ſequunt. Sicut illi q dicūt ꝙ dies bonum ſunt numerati: qꝛ non eſt īpoſſe vt homo tēperate cōplexionis bono regimine regatur: et ppter hoc diutius nō viuet alio q malo regimine potietur. Tamē hoc rariſſime accidit et ab accidenti remoto hanc artē incorruptionē nō adducet: nec ipſius nobilitateꝫ aliquo mō pſternit: qꝛ hoc accidēs propter ſui raritateꝫ fere adnihilat. Et q appropriat egritudines rebus voluntarijs et reb⁹ extrinſecis ſolū ipſas appropriat medicitati ſuaruꝫ cāuſarum: et ēt minori parti qḋ ē: qꝛ gradus harum reꝝ nō eſt niſi gradus cauſarū efficientium ſolū. Sed qꝛ iſte cauſe manifeſti⁹ cernunt: et medici quaſi oēs egritudines ipſis adaptāt. Et ſi aliqua accidat egritudo quā nō pceſſerint he cauſe dicunt ꝙ hec a diuina voluntate pcedat. Et qꝛ hec verba vulgarib⁹ placēt nolumus ea vituperare. Et poſtq̄ ſufficiēter locuti ſum⁹ de iuuamēto h⁹ artis: deinceps volum⁹ loq de cauſis q̄ nobis per accidēs corruptionē adducūt: qbus repugnare poſſumus per hāc artē. et ſolū ſunt cāe efficiētes. Sed iſtaꝝ q̄dam tales ſunt ꝙ ipſaꝝ cuſtodiēdi modus per ſe manifeſte pꝫ: ſicut cōbuſtio: icīſio: pcuſſio et ſimilia: qꝛ ab iſtis vtplurimū poſſumus abſtinere. Sed de illis que de neceſſitate nos imutant et ſine noſtro velle de his eſt dōm. Et dicimus ꝙ cauſe q̄ accidentalr corrumpunt ſunt aeris permutatio: et incōueniens exercitiū: ſicut artiū laborioſarū et cibi et potus: et accidentia aīe: et vſr oīa q̄ adducunt malā cōplexionē mãlem vel nō mãlem. Et qꝛ ab his per dietā cauere poſſum⁹ aut mediū eoꝝ tenendo ſicut in cōſeruatione ſanitatis mediū reperit: Ob hoc dicim⁹ ꝙ īpoſſibile eſt ſanitateꝫ aliquo mō cōſeruari niſi per cibos tēperati chimi et q̄titatis et ſcḋm tēpus receptos et per motū et gerem et per ſuperfluitatū euacuationē et per aptū aereꝫ cū accidentiū remotione que ad malā cōplexionē adueniunt. Et melior modus ciboꝝ eſt vt comedat ſm modū medicinaleꝫ. Et ſcias ꝙ ſuperfluitates per modū fricatōis exercitij: balnei: et medicine euacuantur. Que omnia ingrediuntur in genere differentie preſeruatiue ab egritudinibus futuris. Et quāuis hoc mirabile videat: incipiamus a fricationis ſpecie: et ipſius iuuamēta dicemus. Et de ſpe-

cieb⁹ exercitij ⁊ eius iuuamētis ⁊ alioꝝ. Et poſtea reuer-
temur ⁊ dicemus qualr̄ vnaqueqꝫ maneries ꝯplexionū
debeat cōſeruari. Et ſatis in eo qð pterijt de vtutib⁹ cibo-
rum ſum⁹ locuti. Sed in hoc libro dicemus qualr̄ cū eis
Et poſtq̄ꝫ locuti ſumus de febribus abſqꝫ accidentibus ꝓhibentibus curationes earum nūc tractare volumus de febribus ſecuꝫ habentibus accidētia. Dicamus ergo ꝙ iſta accidentia general̄r proueniunt ex omni re diſſoluente virtutem: ⁊ hec reſolutio ſincopis nominatur: ⁊ prouenit neceſſario a mala cōplexione cordis calida vel frigida. Complexio autem mala calida aut prouenit ex rebus extrinſecis: ſicut ex aere calido: vt ſepe contingit diu moranti in balneo calido: aut ex rebus intrinſecis ſicut ex mala complexione totius calida corporis vt contingit in cauſone. Frigida v̄o cōtingit aut ex rebus extrinſecis: ſicut accidit ambulātibus per loca frigidiſſima: aut ex complexione frigida membroꝝ intrinſeca plurimi iuuamenti: ſicut accidit ex ore ſtomaci ⁊ ex ſuffocatiōe matricis. Aut ex mala complexione totius corporis frigida vt contingit in febribus putridis que fiunt ex humorib⁹ groſſis ⁊ viſcoſis ⁊ mucillaginoſis: ⁊ hec cōplexio frigida quādoqꝫ acqritur ex ſuꝑflua euacuatione diminuēte calorem naturalem. qn̄ quando calor naturalis ſuꝑflue diminuit̄: impoſſibile eſt vt poſſit regere corpus: ⁊ oēs operationes frigidiores debito exiſtunt. quare ꝓuenit ſincopis. Non dico tn̄ ꝙ ipſamet diminutio quātitatis īducat ſincopim. ſed ineq̄litas q̄litatuꝫ: eo ꝙ cuiuſlibet generabilis ⁊ corruptibilis cauſa eſt ꝓportio q̄tuor qualitatū: ſcilicet caliditatis friditatis hūiditatis ⁊ ſiccitatis: quēadmodum in libris naturalibus declarauimus. Spēs aūt euacuationū que aliquādo ꝑabūdare cōſueuerunt ſunt ſicut ſuꝑfluus fluxus vētris ⁊ vomitus: ⁊ ſuꝑfluus fluxus ſanguinis narium ⁊ emoroydarū ⁊ alioꝝ membroꝝ: ⁊ in mulieribus ſuperfluus fluxus mēſtruoꝝ: ⁊ etiam quando in partu ſuperflue exuberant. ¶ Et pōt etiam ſincopis prouenire ex ruptura ſeu crepatura: vl̄ ex aptura magni apoſtematis ſubito: ⁊ vigilie ſimiliter hoc facere poſſunt. Et etiam accidentia anime ſicut excedens gaudium ⁊ triſtitia: quoniam hec faciūt ſpiritus exalare ſuperflue dilatādo ⁊ conſtringendo: ⁊ inde in ſubſtantia membroꝝ anhelitus ſpiritus malam acqrit complexionem. Et etiam fortis dolor eſt vna ex rebus que ducunt ad ſincopim: ⁊ hoc accidit aut ex mala complexione acq̄ſita ex dolore aut ſuperfluitate motus v̄tutis expulſiue facientis dolorem: ſicut dicit G. Hec autem que dicta ſunt: ſunt omnia accidētia que habent ſincopim facere ⁊ promouere. Et ſummarie ſcire debes ꝙ quādo ſincopis fuerit cum febre: ſtudēdum eſt tunc in remouēdo ⁊ rectificando ſeu curādo ſincopim: quāuis contrarium fe. videatur. ¶ Et nos dicturi ſumus modum eius cum ipſius curā tractabimus. ¶ Et nunc incipere intēdimus tractare de ſincopi ꝓcedēte ex cauſa cruḋorum humorum. Dicimus itaqꝫ ꝙ curatio huius eſt regimen predictum in curatione harum febrium. quare ſi ex negligentia: vel defectu ipſius in ſincopim inciderint: iuuabimus eos in primis propinando cibū: etiaꝫ ſi in medio fuerint paroxiſmi: quāuis noſtre intentioni contrarium videatur: cum intendamus ꝙ natura egritudini debeat preualere: ⁊ in hoc caſu nihil vino melius reperitur. quare dico ꝙ quāuis vinum ſarracenis bibere licitum non ſit: tamen in hoc loco ita licitum eſſe videt̄ vinum bibere: quēadmodum eis licitum eſt comedere carnes morticinas ſcilicet que per ſe moriuntur vel ſuffocātur habentibus neceſſitatem: quare icipere debemus eis dare micam panis infuſam vino. Et vinum qḋ melius reperitur eſt aromaticum: cuius caliditas penetrare poteſt per totum corpus: qḋ ſit ſine amaritudine ⁊ ſtipticitate: ⁊ eſt illud vinum qḋ eſt vinoſum pungitiuum in ꝑncipio: ⁊ poſt delectabile ſine aliqua amaritudine ⁊ pōticitate. Et mihi non placēt vina in noſtris partib⁹ aſſueta ſicut ſunt vina picis: ideo quia ſunt vina medicinalia ⁊ non nutribilia: ⁊ nocent principalibus membris ſua ſiccitate ⁊ acuitate. Diamuſcum autem in talibus propinatum cum vino non nocet: ⁊ in principio ſincopis rorare faciem ⁊ aſpergere cum aqua ro. uel ſaltem conueniens eſt cuꝫ frigida: ⁊ ſi ſincopizans habuerit apoſtema epatis vl̄ ſtomaci vl̄ ſimilium membrorum: non ſperes eum curare cuꝫ exhibitione cibi: quia cib⁹ plus multiplicat apoſtema q̄ꝫ fortificet virtutem. ⁊ fricare extrema in hora ſincopis conueniens exiſtit. Illis v̄o quibus prouenit ſincopis ex caliditate vl̄ acumine renuꝫ: qḋ ſcire poteris ex ſignis dictis ab. Y. que ſunt nares acute: oculi concaui: timpora plana: ⁊ ſimilia: cura illorum eſt contraria ſupradicte: quia ad cōſeruationem illorum non indigemus abſtinentia cibi nec reſpicere diem creticam neqꝫ ſtatum egritudinis aliquo modo. Et ex cibis conuenientioribus omnibus eſt mica panis vel kiſt ordei cuꝫ granis granatorum: quia in granis granatorum proprietas reperitur reſiſtendi putrefactioni: ⁊ vt cibus in fumoſitatibus malis cōuerti minime poſſit. ⁊ ex cibis etiam qui ipſos habent confortare ſunt vitella ouorum: ⁊ teſticuli gallorum: ⁊ pulle parue. ¶ Et ſi ſincopis fuerit ex errore cibi cibandus eſt ex pane infuſo in vino: ⁊ ſit vinum aquoſum lene: odoriferum: albuꝫ ſicut dicit. Y. ⁊ linfatuꝫ ſit cum aqua frigida: ꝙ ſi ſincopis prouenit ex humoribus viſcoſis mucillaginoſis vinum linfatum eſſe debet cum aqua calida: quoniam aqua frigida illis magnum infert nocumentum. ¶ Et tu ſcis ꝙ ſyrupus pomorum ⁊ citoniorum cum medicinis muſcatis cōferunt ſincopi: ſed non iuuamento vini: quia natura neceſſario dominari debet ſuper ipſas ad ipſarum conuerſionem. Uinum autem digeſtioni citius preparat̄ omnibus alijs cibis et medicinis: ita ꝙ dicitur ꝙ in ſtomaco non moratur ad digerendum niſi in epate ſolum: ⁊ in talibus tantū īdigemus reſtauratione ⁊ nutritione: ꝙ ſi in-

ſincopis ex apoſtemate mẽbro principali eſt mortalis

tenuiri poſſet aliquid qđ nutrire poſſet abſq; digeſtiõe il-
lud melius ceteris diceretur: ⁊ vtilius ꝑpter eorum debi-
litatem: ⁊ q2 itendimus ipſos citius iuuare ꝙ̄ eſſe poteſt.
aer aũt in quo infirm⁹ iuuari debet frigidus ⁊ ſtipticus de-
bet eſſe: ⁊ generalr tibi neceſſarium exiſtit: vt talibus ordi
nes oĩa que habent reſolutioni obuiare: ⁊ emplaſtrando
ſuper ventres eorũ ⁊ ſtomacos res ſtipticas ⁊ aromaticas:
⁊ ſi calor in talibus eſſe fortis reperitur: ꝓpinabis eis res
ſtipticas ⁊ aromaticas. Et habens ſincopim cauſa apoſte
matis aliquorum membrorũ ꝓncipalium nullatenus de
ipſius liberatione confidere debemus.

❡ Cap. XVII. Qđ eſt de ſincopi ꝓueniẽte cauſa ſtõaci.

Sincopis qdem ex ſtomaco ꝓcedens ſi ex co-
lera que in ore ſtomaci abũdauerit fuerit in
ꝓmis vomitũ ꝓuocare debemus: ponendo
pennã eis in ore: ⁊ ſi cũ hoc exercere nõ poterit
naturam tũc mollificare debes. Et Ga. vide-
tur vt talibus in hoc caſu oleũ tepidum dare debemus:
quoniã ſi vomitum nõ habuerit ab eo ſaltẽ natura mol
lificabitur inde. Sed q2 he medicine que habẽt vomitũ
ꝓuocare de ſui natura eſt ⁊ ꝓprietate ſtimulare virtutẽ
ꝑtis eo qđ facit humor efficiẽs ſincopim: ⁊ addit in eadẽ
egritudine: ⁊ ꝑpter hoc dico ꝙ longe melius eſt cõforta-
re eorum ſtomacos cum maſtice ⁊ ſpica nardi: ⁊ ſucco ci-
toniorum ⁊ foliorꝫ vitis: q2 taliter virtus eorũ expulſiua
cõfortatur ⁊ humorem expellit: ⁊ ſi vomitus a ſe ꝓuene-
rit in hoc caſu valde laudabilis exiſtit. in ſincopi qdẽ fa-
cta ab humoribus frigidis dabis de electuario dyatrion
pipereon: ſtudẽdo extrahere humores quẽadmodum di
cturus ſum in curis cuiuſq; membri.

❡ Capitulũ. XVIII. Quod eſt de ſincopi accidente cau
ſa doloris.

Dico ꝙ ſi potes remouere dolorẽ remouẽdo
cauſas ipſius nõ intendas curare cũ rebus
exiſtẽtibus cõtrarijs egritudini: ⁊ hanc curã
inuenies in curis male complexionis que acci
dit in vnoquoq; mẽbro: eo ꝙ dolor aliquan-
do ꝓcedit a mala cõplexione caſa vel frigida: mãli vel nõ
mãli: ⁊ accidit aliqñ a mala ꝯplone ſicca abſq; mã ſicut ac-
cidit dolor in ſpaſmo ſicco. Sed quãdo dolor intãtũ for-
tificatur ꝙ nõ eſt tempus expectandi: tunc curare debe-
mus etiã cum rebus augmentantibus cauſam. ſ. ſtupefa-
ciendo mẽbrũ doloroſum: ⁊ hec cura nõ confert niſi per
accidẽs. ſ. ꝑimando ſenſum illius mẽbri in quo mala com
plexio reperitur cauſa humoris ibi exiſtẽtis: ⁊ inde dimi-
nuit motus eius expulſiuus. ſ. eius virtus expulſiua: abſq;
tamen reſolutione ſpirituum aliqua. Quando aũt ſenſus
ſuperfluus mẽbri eſſe reperitur: tũc certiſſime ſuperflui-
tas reſolutionis ſpũum reperit. Et quãdo facimus hanc
ſpẽm curationis in doloribus a cauſa frigida ꝓuenienti-
bus in fine: tũc ſequitur magnũ nocumentũ. Sed ſi cau
ſa fuerit calida: tũc non tantum ſequitur nocumẽtũ: nec;
operari debes illam curã in cauſa frigida: niſi cum infir-
mus in articulo mortis eẽ reperitur cauſa doloris. ❡ Et
ex huiuſmodi medicinis que in hoc caſu magnam habẽt
ꝓprietatẽ eſt filonium: ⁊ eſt rationabile ꝑpter opium re-
ceptũ in ipſo. Et hec cura generaliter in oĩbus doloribus
acutiſſimis operatur: ⁊ in quibus magis neceſſaria exiſtit
eſt in doloribus oculorum: auris ⁊ dentiũ ⁊ inteſtinorũ.
Et Gal. precipit ꝙ minime exercere debes hanc curã ni-
ſi poſtq; ꝓnoſticatus fueris infirmo ꝙ in fine ex ea leſio-
nem habere debet: tamẽ conari debes in remittendo no-
cumentum ꝙ ex eo cognoueris eſſe futurũ: ⁊ in partibus
noſtris quãdo volunt opium operari non faciunt niſi mi
ſcendo cũ alijs medicinis: ſicut eſt in filonio. Et melius
filonium eſt illud qđ non eſt vetuſtum ſuperflue: q2 in eo
virtus opij eſt conſumpta non recens nimis. q2 in eo virtus
opij ſuperflue abundare reperitur. Cura vo cum tyriaca
in doloribus remouẽdis eſt cura cauſe remotionis: quẽ-
admodum faciunt illa que habent remouere malã com-
plexionem facientem dolorem: ⁊ propter hoc in illo caſu
opus tyriace laudabilius exiſtit opere filonij. ❡ Et cum
volueris remouere dolorem remouendo cauſam ipſius
conſiderare ꝓus debes quis humor eſt in cauſa: quoniã
ſi ex humore calido fuerit ſicut dicit Gal. de illo qui pa-
tiebatur dolorem ventris: ⁊ extimabatur ꝙ cauſa illius
eſſet ex humorib⁹ frigidis: ſicut pro maiori parte accide-
re conſueuit. ❡ Et quandocunq; dabantur ei calida per
os aut cliſteria ponebantur: dolor in eo ſemper augmen-
tabatur: ⁊ ſic cognitum fuit ꝙ dolor erat ex humore cali
do colerico imbibito in pelliculis inteſtinorũ: ⁊ tunc ciba
tus fuit cibis non facilis conuerſionis: ⁊ his ꝯides ꝓpina
ta fuit medicina facta cũ oleo: ⁊ ſic fuit liberatus ab ipſo.
❡ Sed ſi fuerit dolor ex humoribus frigidis: tunc cura-
bis eum euacuando humorem dictum ſicut fecit Gal. in
ſeipſo cũ cliſterizatum extraxit humorem vitreum: ⁊ ide
liberatus fuit. Et quandoq; etiam fit dolor cauſa vento-
ſitatis fumoſe que reſoluit̃ ex corpe ipſius humoris. ⁊ ta-
lis dolor non eſt curandus cũ medicinis vltime caliditatis
eo ꝙ ꝗuis reſoluãt ipſam faciũt oriri iterũ ex ipſo humo
re aliam fumoſitatẽ: quare cura iſtius doloris eſſe debet
cũ medicinis modice caliditatis: ⁊ que cũ hoc habeãt vir-
tutem digerẽdi: ⁊ tyriaca etiam in hoc caſu magni exiſtit
iuuamenti. ❡ Hucuſq; iam elongatus ſum ab intentio-
ne materie: eo ꝙ curam remotionis cauſe memorat⁹ ero
cum tractabo de curis remotionum accidentium: ⁊ nunc
redire intendo ad illud qđ pretermiſi de mea preſcripta
intentione ſuperius. Dico ergo ꝙ in doloribus aliquãdo
fiũt localia remedia: ſicut cum pinguedine anſeris ⁊ gal-
line ⁊ anatis: ⁊ aliquãdo fiũt cum embrocatione aque ca-
lide ⁊ olei ⁊ ponendo eos in balneo ⁊ cum his ſimilibus.
❡ In doloribus vo factis ex vaporibus calidis ſolũ ap-
ponimus ventoſas cum igne: ⁊ hoc tandiu eſt faciendum
donec medicus tempus vel ſpacium habeat cauſam re-
mouendi: eo ꝙ maior pars illorꝫ dolorꝫ qui ex vẽtoſis re
mouentur redire ꝯſueuerũt: niſi medicus tpis ſpacio fue-
rit ſtudioſus ad remotionẽ ipſius cauſe: q2 vix eẽ poterit
quin error cadat in regimine ipſius infirmi: ⁊ inde vide-
bitur recidiuare: ⁊ ſic rõnabiliter eſſe debet qñ vapores
iſtius humoris ſemper faciunt paroxiſmum donec ex to
to ſit reſolutus vel ex toto euacuatus.

❡ Capitm. XIX. Quod eſt de ſincopi prouueniente ex ſu-
perflua euacuatione.

Scias ꝙ cura iſtius ſincopis fit pluribus mo-
dis. Primus eſt vt fit trahẽdo materiam ad
partẽ oppoſitã. Secũdus fit confortando il-
lud membrum vnde fluit materia ne ipſam
ſuperflue ſpargere poſſit. Tertius modus fit
ſtringẽdo vias vnde fluunt humores ad locum. Quart⁹
modus fit impediẽdo virtutem expulſiuam quãdo ſup-
flue expellit ſicut fit in illa paſſiõe que colerica nomina-
tur ⁊ in arabico dicit̃ almayda in qua vomitus ⁊ ſeceſſus
ſimul fiunt: que curatur ſtringẽdo ⁊ ligando crura ⁊ bra-
chia: ⁊ ponendo eos in balneo: ⁊ cum hoc etiam in eadem
neceſſitate habemus ponẽdi ſtiptica intus ⁊ extra. Sed q2
balneũ ſupflue habet ſoluere ⁊ euacuare: ideo cũ timore
magno tales in balneo ponẽdi ſunt: etiã exhibẽdo eis ſti-
ptica: ⁊ etiam de iſtis adhuc locuti erimus quãdo tracta-
bimus de cura male complexionis materialis dum eua-
cuat̃ de membro ad membrum.

❡ Cap. XX. Qđ eſt de ſincopi ſupueniẽte ex ſupfluo flu
xu ſanguinis nariũ vel alioꝝ membrorꝫ.

Cura ſanguinis nariū ſi fuerit ex nare dextra ponende ſunt vētoſe ypocundrio dextro ſup epar: ⁊ ſi fuerit ex ſiniſtra ponēde ſūt ſup ſplenē: ⁊ ſilr ſi ex mēſtruis ſupflue fluxerit ponimꝰ vētoſas ſup mamillis: ⁊ cū h ꝓpinādā ſūt ſtiptica q̄ hūt ꝯſtringere orificia venarum.

¶ Capitulū. XXI. Quod eſt de ſincopi proueniente ex ſuperflua vigilia.

Vigilijs ſubuenimꝰ cū cibis q̄rū ꝓprietates ſūt īducere ſomnū: ⁊ cū vnctionibꝰ ꝓuocātibus ſomnū: ſicut ē oleū nenufarinū ⁊ viol. ⁊ oleū de ſeibꝰ cucurbitaꝝ: ⁊ cū odoratiuis īducētibꝰ ſomnū: ⁊ ēt debemꝰ dare eis vinū linfatū ſi fuerit ſine febre. ¶ Hec āt oīa ſupradcā diximꝰ ad rectificationē ſeu curationē prauoꝝ ⁊ piculoſoꝝ accītiū febribꝰ ſupuenientiū. Cura āt remotōis cāe rememoratus ero qū tractabo de curis accītiū ⁊ maloꝝ apoſtematum.

¶ Caplm. XXII. Quod eſt de curatione male complexionis ſpiritualium membroꝝ.

Et poſtq̄ narrauimꝰ breuiter curationē male ꝯplōnis vlis: narrāda ē curatio male ꝯplōnis ꝑticularis. Sꝫ qū mala ꝯplō ē īmālis cura eē dꝫ ꝑ ꝯ͂riū: ⁊ qū fuerit mālis cura eſſe dꝫ ꝑ eūonē ⁊ ꝑ ꝯ͂riū ſil. Sꝫ i eūone ⁊ in reſiſtēdo ꝑ ꝯ͂riū ꝯſiderāda ē etas: ⁊ ꝯplō: ⁊ ꝯſuetudo: ⁊ tpꝰ: ⁊ ēt attendere debes ꝯplōnē mēbri ⁊ formā ipſiꝰ ⁊ poſitionē eiꝰ ⁊ colligātiā ſuā ⁊ ſenſibilitatē ⁊ ſuū iuuamētū: h ē qꝛ alicui mēbro ſupuenit ſolo ſine ꝯpate: ⁊ poſtea de ꝯpatibꝰ loq̄mur. Et dicamꝰ ꝙ modus: vel vſus medicamīs male cōplōnis ꝑticularis ē vnꝰ. Sꝫ diuerſificaṫ i aliq̄ ꝓprietate queadmodū cōſuatio ꝓpꝛe ꝯplōnis illiꝰ mēbri ⁊ figure ipſiꝰ ⁊ poſitionis ⁊ cōpaſſionis vel colligantie ſubtilitatis ⁊ ſui iuuamēti: ⁊ hoc dictum eſt in his que preceſſerunt: ſed eſt neceſſe vt hanc conſiderationem ſemper habeamus propter illa que hic narrare intendimus.

¶ Caplm. XXIII. Quod eſt de cura male complexiōis ſicce ſtomaci ſine materia.

Si ſtō mala accidat ꝯplō ſicca ſolū non mālis dicimus ꝙ modus medēdi illaꝫ ē vnꝰ: ⁊ ideꝫ modus cū mō medēdi malā ꝯplōnē totiꝰ corporis ſiccaꝫ. Sꝫ diuerſificaṫ in hoc: quia diſſimilis eſt cōplexio nālis ſtomaci a complexione totius corporis. Ergo incipere debemus ponendo ipm in balneo tēpato: ⁊ poſt balneū lac bibat tēpatū aſine: aut capre cū aliquātulo çuccaro. Et qū cognoſcemus eū digeſſiſſe lac ꝑ ſigna ructꝰ ⁊ tūoris ſtōi: iterū ipſuꝫ i balneo ponemꝰ. ſpacio tn̄ interueniēte iter vnā ⁊ aliā balneationē q̄tuoꝛ horarū aut q̄nq: ⁊ ſemꝑ in exitu balnei dꝫ iungi cū oleo viol. vel cōi: eo ꝙ ipſuꝫ humectabit: ⁊ cauebit ei a multa diſſolutiōe: ⁊ in quolibet exitu balnei ꝓpineṫ lac ſupradictū ſi ipſuꝫ affectauerit. Sin autē aq̄ ordei ꝓpineṫ: ⁊ hora prādij deṫ panis mūdus bn̄ coctus: et bn̄ fermētatus cū pullis galinarū: ⁊ caponibꝰ īpinguatis cū lacte amigdalino: ⁊ piſces petroſi ad hoc ſūt vtiles: carnes ꝑdicū ⁊ faſanarū: coturnicū etiā vtiles ſunt: ⁊ cibꝰ cōuenientioꝛ eſt ille q velocis digōnis eſt ⁊ multi nutrimēti: q̄uis tales cibi aliq̄n videanṫ ꝯ͂rij: ⁊ vinū taliū dꝫ eē aromaticū cū aq̄ mixtū: ⁊ talis quātitas vt cibū in ſtō natare nō faciat: nec extēſionē aut grauedinē iferat: ⁊ cū hec paſſio fuerit ſedata paulatī ad illiꝰ ꝯſueta parūꝑ deducemꝰ.

¶ Cap. XXIIII. Qđ ē de cura calitatꝪ ⁊ ſic. ſtomachi.

Sed qū cū ſiccitate ꝯiūgeṫ caliditas: tūc cū h regimine res frigide ſunt admiſcēde: ſicut aqua ordei: ſirupus de nenufare: ⁊ ſirupus de viol. ⁊ vinū magis tēpereṫ cū aq̄ frigida: ⁊ iſtis aq̄ frigida ꝯueniēs exiſtit. Et ſi ſiccitas multum fortꝪ fuerit: tūc aqua frigida eſt timoroſa ne os ſtōi ledat. ⁊ vngēdus eſt cū oleo amigdalino: ⁊ inquātū egritudo in caliditate ⁊ ſiccitate excedit: in tantū indiget rebꝰ infrigidantibus ⁊ humectantibus: ſꝫ in eo ꝙ ē ſtomatica īdiget rebus habentibus aliquid caliditatis cū ſtipticitate ⁊ aromaticitate: ⁊ ꝓpterea nō eſt maluꝫ cū his addere aliquātulum maſticis.

¶ Cap. XXV. Qđ ē de cura friditatis ⁊ ſic. ſtomachi.

Sed qū cū frigiditate ſiccitas ꝯiungeṫ: tūc cū lacte aliquātulū mellis eſt ponendū cū boni ſit odoris atq ſaporis: ⁊ aqua ordei dimittaṫ ſi fortis frigiditas affuerit: ⁊ tali ſtō ſupponatur puluis maſticꝪ cū oleo roſato extēſus ſup lanā: ⁊ oleū amigdalinū ē cū iſtis iuuatiuū valde: ⁊ emplaſtrū picis iter cetera iuuatiuū exiſtit qū rōnabilr fit: h eſt vt ponaṫ ſup mēbrū: ⁊ nō ibi diutiꝰ imoreṫ: niſi vt poros apiat: ⁊ poſtea auferaṫ. Et ſcias ꝙ ſiccitas difficilioꝛ ē ad humectādū q̄ hūiditas ad exiccāduꝫ: queadmodū fride difficiliores ſunt ad recipiendum caliditatem: q̄ calide ad recipiendū frigiditateꝫ ob hoc. qꝛ difficilius qđ in his eſſe poſſit eſt curare frigiditatem ⁊ ſiccitatem: qꝛ eſt egritudo ſimilis. calida namq corpora debēt cuſtodiri ne ad habitum veniant ſenectutis.

¶ Caplm. XXVI. Quod eſt de cura male complexionis calide ſtomaci.

Mala aūt ꝯplexio calida ſola videṫ: vt curari debeat cū rebꝰ frigidis ſolū. Sꝫ tamen hoc membruꝫ infrigidari nō debet ex toto: ꝓpterea qꝛ ſuper hoc mēbrum dominatur frigiditas: qꝛ ſcđm plurimū vnaqueq res que alterationē recipit potius illā recipit ad quā ſua cōplexio declinat naturaliter: ⁊ ideo egritudines iſtius mēbri a frigiditate cauſantur vtplurimū. Et experimētatores noſtri temporis in paſſionibus ſtomaci multū errant: eo ꝙ non intendunt calidū ſtomacū alterare: niſi cuꝫ frigidiſſimis rebus: ⁊ tamen cū medicus percipit ꝙ aqua ſit danda: et hoc vetat erit magnus erroꝛ ſicut recitat. G. de quodam qui in ſtomaco ſuo habebat cōplexionē malā calidā fortem ⁊ medicꝰ eidē aquā frigidaꝫ bibere īhibebat: ⁊ G. ei aquā frigidā prebuit ⁊ euaſit. Et ꝓpter aliam cām infrigidationem iſtius membri vitare debemus: eo ꝙ habet operationem toti corpori cōmunicantē: vnde ꝑnceps cōmunicans appellatur: ⁊ mēbra que tale officium habent infrigidari nimis non debēt: vt virtutes eoꝝ non ledantur. ¶ Et ꝓpter hoc ꝑceptū habemus. vt ſupra ſtomacū oleum nō ponamꝰ actu frigidū: ⁊ ſi ſit frigidū in potētia. ⁊ hoc eſt ſimile ei qđ facimꝰ in eūone: qꝛ cū celeriter purgantibus miſcemus ſtipticas medicinas: alr ꝓceſſus cōueniens nō eſſet. Et quādo G. dicit ꝙ in leſione operationis mēbri maioꝛ cadit timoꝛ in euacuando q̄ in alterando: nō ſane loquiṫ: ſed errat: qꝛ ſicut timenda eſt euacuatio: vt virtutē non ledamus ſic in alteratione: ⁊ maxīe in alteratione frigiditatis. naꝫ ille modus eſt maioris dāni in membris nutritiuis. ¶ Et regula medicatiōis in ꝑncipalibus membris nō accipitur niſi a colligantia cordis cū ipſis. Et quare vituperat. G. archigenē cū dicit ꝙ virtus regitiua in corde exiſtit cum ipſe mediceṫ cor: ⁊ licet egrotet cerebrū: ⁊ ꝓpterea qꝛ archigenes cordi nō ſubueniebat. G. ipm vituperabat. ergo ſm archigeneꝫ in medicando ꝓcedebat ⁊ cauſam medicationis ignorabat.

¶ Capitulum. XXVII. Quod eſt de cura frigiditatis ⁊ humiditatis ſtomaci.

Sed mala cōplexio frigida ⁊ humida eſt calefaciēda ⁊ exiccanda: ſicut cum electuario triū piperū. Et ꝙ dicimꝰ in medicatōe male cōplexionis nō materialis in ſtomacho: illū

idem dʒ intelligi in alijs membris: ⁊ maxime qñ fuerint cã dandi malam complexionem toti corpori ſicut aliquibus membris: q̃ ſi mala cõplexio calida ⁊ ſicca aduenerit: erit cauſa dandi toti corpori ipſam: ⁊ in ethicã poterit puenire: ⁊ hoc erit qñ illa mala complexio uſqʒ ad cor deducetur.

¶ Capitulum XXVIII. Qđ eſt de egritudinibus ſtomaci ⁊ aliorum membrorum principaliũ cũ materia.

Et poſtq̃ ſumus locuti de mala cõplexione non materiali: loquemur deinceps de mala cõplexione materiali que põt alicui ſuperuenire membro. Et dicimus q̃ intentio ſunt due res ⁊ ſunt vt euitetur ſuperfluitas ⁊ rectificetur mala cõplexio relicta a ſuperfluitate: ⁊ ſignificatio harũ rerum habetur ex operationibus ⁊ ex poſitiõe membri ⁊ eius forma: ⁊ ex colligantia eiuſdem: ⁊ ex ſuo iuuamento: ⁊ ex ſua ſenſibilitate: ⁊ ex demõſtratiõe nãe egritudinis: ⁊ eius cauſe ⁊ accidentis. Et tu ſcis q̃ ſuperfluitatũ quedã ſunt que generantur in membro: quedã ſunt que ab alijs fluũt mẽbris: qđ eſt q̃ cõſuetudo eſt q̃ forte membrum ſuas ſuperfluitates ad debile expellat: ⁊ maxime ſi ad hoc adiuuat locus ⁊ vie que cõtinuũt ad ipm ſicut eſt cerebrum cum ſtomaco: ⁊ hoc in medicatiõe membrorum eſt ſicut efficiẽs cã. Et eſt perſcrutandũ in rectificatione illius membri ⁊ in rectificatione ſue cõplexionis ſi eſt ſufficiens aut ſi neceſſe eſt totum curare corpus: ⁊ in hoc eſt neceſſe anticipare in fortificando mẽbrũ cũ ſtipticis medicinis vt mã ad illud non trahatur ſi corpus nõ ſit plenũ vt attrahimus mãm ad extremam partẽ ad ignobilius mẽbrũ: ⁊ poſtmodũ medicamen cõueniens adhibemus. Et viã medicationis membrorum accipimus a forma membri ⁊ a loco: ſicut ſtomacus vtplurimũ per vomitũ debet curari: ⁊ per farmaciã vt minuetur: epar cũ ambobus curari poteſt: quibus etiã puocatio iungitur urine. ſed inteſtina ſolũ farmacia ⁊ cliſterys. Sʒ ſi humor fuerit fixus in ſubſtantia mẽbri tunc eſt neceſſaria fortior medicina vt trahatur. Et aliqñ erit cõpoſitio in corpore: in ipſo eſt humor proprius ⁊ eſt alter tranſmiſſus: ⁊ ſic eſt neceſſe duobus modis puidere. Unus eſt in periculoſiori: alius eſt in cũone alterius ſine cuius remotiõe curatio fieri nõ poſſet: ſicut verbi gratia vt in eſſentia ſtomaci ſit humor vnus acutus ⁊ in concauitate alter humor ſit locatus: tunc nõ eſt purgandus vel nõ poterimus ipm humorẽ purgare qui eſt in eſſentia donec nõ trahatur qui in cõcauitate exiſtit: ſʒ ſi humor qui eſt in eſſentia eſſet ſincopim inducens tunc puidendũ eſt: ſʒ ſi res nõ exiſtat periculoſa: tunc in medicatiõe ordo eſt ſeruandus hoc eſt vt puideatur egritudini que currit per viã cãe: ⁊ poſtmodũ occaſionẽ remouere. Et ſimiliter egritudo que non curatur niſi per cũonem alterius que non eſt ipſius cauſa. verbi gratia qñ in ſtomaco vnus humor fixus in eius ſubſtantia ⁊ alter eſt in concauitate qui ſparſus eſt a cerebro: dicimus q̃ primitus puidendum eſt cerebro: ⁊ poſtea de humore qui effuſus eſt in ſtomaco: vltimo vero de illo qui in ſubſtantia eſt imbibitus. Et hic inueniunt medicine proprie in cũone propter membri ⁊ proprie in fortificatione membri ad hoc vt ſuperfluitates recipere nõ poſſit: verbi gratia. qñ in ſubſtantia ſtomaci fixus fuerit humor acutus: tunc yera aloes vtilior eſt ad ipm extrahendũ q̃ alia medicina eo q̃ aloes nõ niſi a ſtomaco trahit. Sed alie medicine que illũ trahunt humorẽ q̃uis trahant a ſtomaco propter ſuam fortitudinẽ etiã ad ſtomacũ trahunt. Sʒ qñ humor eſt in concauitate ſufficit in abſtractione ipſius abſinthiũ cũ melle ⁊ mirabolani citrini. Sed ſi iſte humor eſt flegmaticus aut ſubtilis: aliqñ ſufficit vomitus cũ aq̃ ordei ⁊ melle qñ fuerit diuiſus cum oximelle cõpoſito: ⁊ poſtea ſtudere debes in extrahendo ipm cũ medicinis proprijs huic ſicut eſt agaricũ: ⁊ cologntida: ⁊ cũ gũmis laxatiuis ſi neceſſe fuerit. Et ſimiliter humor melancolicus eſt euacuandus poſt ipſius

iciſionẽ cũ medicinis ſibi proprijs. Et ſtudioſus eſſe debes in operationibus tertijs ex proprietatibus medicinarũ in vnoquoqʒ membro: ⁊ q̃ vnicuiqʒ mẽbro ſibi proprie medicine a tota ſpẽ reperiunt. Sʒ iciſio hec eſt necẽa ſi humor fuerit groſſus ⁊ poſt ipſam ſcđo cõuenientiã purgatio. vñ hoc ſunt cõſiderãde tertie virtutes medicinarum: eo q̃ ſunt proprie vnicuiqʒ mẽbro: ⁊ iccirco vr̃ mihi q̃ narratio medicinarum valẽtiũ vnicuiqʒ mẽbro cũ narratiõe egritudinũ eſt via cõpetens in hac ſumma. Et propterea vna ex cõditionibus q̃ dr̃ in hoibus pfectis in artibus eſt vt ſit dñs artis ex ſe ita vt cognoſcat res neceſſarias pfecte cũ inſpexerit rerum diuerſitatẽ.

¶ Capitulum XXIX. Quod eſt de inflatione membrorum ⁊ apoſtematibus in generali.

Deinceps volumus narrare egritudines q̃ ſunt cũ apoſtemate. Et dicimus q̃ prima intẽtio apoſtematis in eo q̃ eſt apoſtema diuidit in duas partes: vna ẽ euacuatio materiei facientis apoſtema alia ẽ remotio male cõplexionis. Et aliqñ minor cadit cõſideratio in vna iſtarum q̃ in alia: ⁊ aliqñ cõſideratio in vtriſqʒ equaliter currit. Euacuatio plus conſiderari dʒ in apoſtemate ſanguineo ſed alteratio plus in eriſipilla eſt cõſideranda q̃ euacuatio. Sed compoſitio iſtorum duorum humorũ equaliter conſiderationẽ prebet: ⁊ iſte due intentiones nõ cõſiderantur niſi facto apoſtemate. Sed qñ ẽ in fieri tertia adiungitur intẽtio: ⁊ hoc eſt ad remotionẽ cauſe. Et hoc fit reſiſtẽdo ſparſioni materie ad mẽbrũ que puenit: aut propter totius corporis repletionẽ: aut propter alicuius mẽbri repulſionem: aut plurimũ: eo q̃ fortius mẽbrum ad debile expellit ſuperfluitates ſuas: ⁊ ad hoc adiuuat cõmunicatio mẽbrorum ⁊ habilitatio viarũ. Et aliquando cauſa iſtius attractionis eſt mala cõplexio calida iſtius eiuſdẽ membri ⁊ aliquando exiſtit cauſa dolor fortiſſimus mẽbri. nã manifeſtum eſt q̃ cõplexio calida trahit. nã caloris proprium eſt attrahere. Sed dolor hoc facit: aut propter malam cõplexionem que generat dolores: aut propter malam cõplexionem q̃ fit propter ſuperfluitates motus virtutis expulſiue cũ ſuperfluitates expellit: aut propter iſtas res ambas. Sed mala cõplexio calida que cauſa exiſtit attractionis: aliquando accidit propter extrinſecas cauſas: ſicut propter morſurã. percuſſionẽ. ⁊ ſimilia. ⁊ aliqñ propter intrinſecas accidit cauſas: ſicut propter humorem mordicatiuũ ⁊ ſimilia: aut ventoſitatem extenſiuã: aut propter ſuperfluam repletionem que grauat membrũ. Et hec tres intentiones curationis apoſtematũ ſunt: quarũ quedã ſunt q̃ ſic ſe habẽt q̃ vna aliquando cõtrariatur alteri: ⁊ quedã nõ: ⁊ iam diximus cui magis intendere debemus. Et deinceps narranda ſunt illa quibus cõpetunt he tres intentiões in medicatione apoſtematũ: ⁊ incipiemus a reſiſtentia cauſe efficientis. Et dicamus ſi cauſa attractionis ad membrũ propter reſolutionẽ exiſtit: eſt facienda tũc euacuatio vniuerſalis: ſicut flobotomia: ſi propter multitudinẽ fuerit ſanguinis: aut per farmaciam ⁊ vomitum: ſi propter maliciam fuerit humorum: aut cum vtriſqʒ ſi adeſt vtrũqʒ. Et eſt neceſſe vt iſta euacuatio fiat ſicut dictũ ẽ per attractionẽ materie ad partem oppoſitã per vias apoſtematis propinquas ſicut incedit natura. q2 apoſtema exitus vtplurimũ creticatur per fluxum ſanguinis nariũ. Et iſta eadẽ via intelligẽda eſt in euacuatione humorum. nã ſi materia fuerit in ſuperioribus tũc farmacare ⁊ cliſterizare debemus. ⁊ ſi i iferioribus educere debemus p vomitũ. Et ſi cauſa q̃ facit effuſionẽ materie erit in vno membro: tunc illud euacuãdũ erit: ſicut eſt cũ fricatione. Verbi gratia. ſi materia que obtalmiã habẽs idu cere effundit per oculos ⁊ puenit a cerebro ſolũ: tunc ventoſe in fontanella colli vtiles ſunt: propterea q2 hec euacuatio duas aggregat intentiones cõuenientes in hoc caſu: q2 euacuat membrum apoſtematũ: ⁊ materiam trahit

ad oppoſitã partem. Euõ vero ꝙ̃ fit ex mẽbro apoſtema/
to corpore exñte pleno eſt ex rebus ledẽtibus multũ. vn/
de ſi hoc pctm̃ effugere voluerimꝰ oꝫ nos totũ euãre cor/
pus: ⁊ poſtea redire habemus ad p̃mũ mẽbrũ euãndũ. Et
qꝛ vnũqδqꝫ mẽbrũ ꝓ maiori pte reperit̃ hr̃e ꝓprias vias:
ꝑ quas euationẽ recipere põt: ideo per eaſdẽ vnũqδqꝫ cũ
ĩdiguerit debemus euacuare: ſicut cerebrũ qδ poteſt eua/
cuari per ſternutationẽ ⁊ gargariſma. Et ſi feceris iſta cor
pore exñte pletorico leſionẽ inde habebit ĩfirmus. Et ali/
quando huic intentioni euacuandi mãm ante dictaꝫ alia
adiungitur ĩtentio ſcδꝫ ꝙ ante dictũ eſt vt eſt fortificare
membꝝ cũ ſtipticis ⁊ frigidis vt ſupfluitates nõ recipiat:
⁊ hoc fiat corpore vacuo exiſtente. ⁊ ſi hoc nõ feceris non
erit tutũ gn mã nõ redeat de mẽbro ignobili ad nobile:
⁊ hec eſt vna ex rebus ex quibus apata curantur in p̃nci/
pio. Et ſi cauſa ĩfuſionis membri fuit ipſius caliditas ĩtẽ/
denduꝫ eſt tũc vt remoueat̃ mala ꝯplo ipſius: remota ve
ro ꝯplexione mala membruꝫ dꝫ cõfortari: ⁊ ſi remota nõ
fuerit cauſa: queãdmoduꝫ illa que ꝓpter morſurã alicuiꝰ
animalis venenoſi fit tunc p̃us euacuandũ eſt illud vene
nũ cũ medicinis attractiuis aut vẽtoſis: ⁊ ſi humor affue/
rit euacuetur. Et aliqñ ſignificatio ſumpta ab iſtis eſt ſe/
cunde ĩtentioni ꝯria: hoc eſt apatis euatio: ⁊ quãdoqꝫ non
eſt cõtraria. Exemplum cõtrarie eſt. vꝫ. qñ remotio ꝯplo/
nis calide fit cũ medicinis frigidis: qꝛ euacuatio nõ fit ni
ſi cũ medicinis reſolutiuis. Exemplũ nõ ꝯtrarie eſt vt qñ
cauſa fuerit humor groſſus in mẽbro: tunc due ĩtẽtiones
fient vna: eo ꝙ fient ſolũ cũ medicinis reſolutiuis. Sed
medicatio doloris ſcδꝫ ꝙ dictũ eſt aut fit ꝓpter remotio/
nẽ ſue cauſe aut dando mẽbro ꝯplonem cõtrariã dolo
roſe: ⁊ hec fiunt cuꝫ medicinis ꝙ̃ ꝓprie ſunt in mitigando
dolorẽ ſicut eſt pinguedo anatis ⁊ galline ⁊ oleum vitelli
ouoꝝ ⁊ ſimilia. Et aliqñ remoueret̃ dolor ꝑ membri ſtu/
pefactionẽ. Hec eſt regula iſtaꝝ triũ ĩtẽtionũ ſupius nar/
rataꝝ. Sꝫ fit ſm̃ ordineꝫ tempoꝝ apatuꝫ: qꝛ ſm̃ plurimũ
medicatio apatis in p̃mis fit euõne ⁊ repercuſſione ſuppo
nendo fridas ⁊ ſtipticas medicias ſup apa. ⁊ illud qδ ma/
gis neceſſe eſt vt cauſa efficiẽs remoueat̃ eſt in apatibus
citi aduẽtus: ſic̃ in apatibus acutis que ex colera ⁊ ſangui/
ne ꝓueniũt. Sꝫ ſecũda ĩtentio eſt ꝙ ipſius apatis poſt ſta
tũ euatio fieri dꝫ: ⁊ p̃ncipiũ dꝫ eſſe cũ medicinis maturati
uis. Et ſi euatio nõ eſt ſufficiens cũ rebus reſolutiuis tũc
aperiat̃ cũ medicinis corroſiuis aut cuꝫ ferro. Et manife/
ſtum eſt ꝙ ſi euacuatio fiet cũ medicinis diſſolutiuis duꝫ
materia eſt in curſu: plus ad membꝝ apatuꝫ traheret̃ ꝙ̃
poſſet euãri. ꝓpterea neceſſe eſt vt poſt euõneꝫ apponan
tur medicine repercuſſiue mixte cũ paucis reſolutiuis. eo
ꝙ ſtiptice ꝯmittent dolorẽ. Et qñ fuerit in ſtatu tunc me/
dicari debꝫ cũ medicinis reſolutiuis ſolũ: ⁊ intra iſta duo
tẽpora vtendũ eſt medicinis ex his duobus mixtis: ⁊ iſte
medicine ſcientur in libro ſimplicis medicine. Regimen
v̾o in apate calido male ꝯplonis in p̃mis eſt refrigeratio:
eo ꝙ cũ ĩfrigidatione eſt etiaꝫ repercuſſio: ⁊ etiã qꝛ ꝓpter
mitigationem caloris curſus mãe deſtruitur. Apoſtema/
ta vero frigida curari nõ debẽt cũ rebꝰ frigidis niſi tranſ/
acto tpe augmẽti. qꝛ caliditas non reſiſtit reſoloni hec eſt
intentio medicationis apoſtematũ inq̃tũ ſunt apata. De/
inceps loquemur de apatibus ſm̃ ꝙ ſunt alicui membro
appropriata ⁊ ab apatibus calidis p̃ncipiuꝫ faciemus que
in membris fiunt ĩtrinſecis ⁊ extrinſecis. ⁊ cũ dico calida
intelligo etiã illa que ad ſaniẽ deducuntur. Et qñ fiunt in
p̃ncipalibus membris febris cũ ipſis oritur: ſiue apa fue/
rit ſanguineũ vel colericũ vel flegmaticũ vel melicũ. Sꝫ
flegmatica ꝙ̃ ad ſaniẽ nõ ꝓueniũt ſunt ſicut tumores qui
dicunt̃ naſcẽtie. Et melancolica ꝙ̃ ad ſaniẽ nõ perueniũt
dicuntur ſclirotica ⁊ cancroſa ⁊ raro fiunt in membris in/
trinſecis ⁊ quãdo fiunt ĩcurabilia ſunt: eo ꝙ ĩdigent forti/
bus medicinis quas intrinſeca membra tolerare nõ poſ/
ſunt: eo ꝙ horum cura non fit niſi cum ferro: quoniã talia
apoſtemata non reſoluuntur niſi poſt longitudinẽ tempo
ris: ⁊ tunc virtus infirmi iam defecta eſſe reperitur: ⁊ pro
pter hoc he curationes non fiunt niſi cũ fuerint in mem/
bris extrinſecis. Et dicamus ꝙ apoſtemata inq̃tum ſunt
apoſtemata requirunt cũ ſuis medelis ĩtentiones tres ſu
pradictas. Sed diuerſificantur in his tribus ſuis ſpẽbus
ſꝫ magis ⁊ minus. Nã apata colerica in p̃mis egent refri
geratione multa cũ viol. ⁊ cuꝫ viriditate illa ꝙ̃ ſupra aq̃s
reperitur: ⁊ cum vua canina: ⁊ cum cera infuſa ⁊ malaxa/
ta cum frigidis ſiccis ⁊ humidis ⁊ his ſimilibus. Sed ſan
guinea cuꝫ refrigeratione ſtipticis egent niſi adſit dolor.
⁊ ſi dolor adeſt ſunt miſcẽda mitigãtia. Sꝫ flatica ⁊ meli
ca modica ĩdigẽt refrigeratiõe ⁊ repcuſſiõe qꝛ debilẽ mo
tũ hñt. Intentiones cõiuncte in apatibꝰ gr̃a membroꝝ in
quibus ſunt: ſunt hic narrãde: eo ꝙ in his maxime cadit
ꝓuiſio. Et maxie ſi fuerit in mẽbro p̃ncipali. Et dicimus
ꝙ euacuatio ꝙ̃ per flobotomiaꝫ fit ꝓpter apoſtema alicꝰ
mẽbri intrinſeci dꝫ recipi a colligãtia mẽbri ⁊ a loco ſuo:
eo ꝙ quãdo nõ poterit fieri euacuatio in mẽbro leſo: tũc
debet fieri per mẽbrũ cõmunicãs ei ⁊ magis ꝓpinquũ: ⁊
ſint meatus de vno ad aliud recti: aut rectioni ꝓpinqui:
ſicut in mẽbris ĩferioribus flobotomia baſilice valꝫ. ⁊ in
apatibꝰ capitis pectoris ⁊ pulmonis cefalice valet flobo
tomia mediane oĩbꝰ valet mẽbris. Et ſi ĩdiget flomia ꝑꝑ
epatis apa in apertõe baſilice dextre cadit ꝯſideratio. qꝛ
.G. dicit in libro de ĩgenio ſanitatis ꝙ dextra ĩ apate epa
tis flobotomet̃: ⁊ ſiniſtra in apate ſplenis. ⁊ in ſermonibꝰ
ſuis vniuerſalibꝰ ꝯrium ponit. Et tu ſcis qꝛ in euacuatio/
ne apatũ due res intendunt̃. vna eſt euacuatio materiei
mẽbroꝝ cũ ipſo cõmunicãtiuꝫ: alia eſt vt fiat declinatio
hũoꝝ ad partẽ oppoſitã ſicut nã facit qñ creticat apoſte
ma epatis per fluxũ ſãguis ex nare dextra: eo ꝙ illa eua/
cuatio cõprehẽdit oppoſitionẽ ⁊ cõicationẽ. Sꝫ in flobo/
tomia baſilice in apate epatis ex dextro latere nõ ẽ niſi
vna intentio: hoc eſt cõmunicãtiũ euacuatio. ꝓpterea qꝛ
eſt ſm̃ dimẽſionẽ corporis que ſm̃ latitudineꝫ exiſtit: eo
ꝙ dimẽſiones oppoſite ſunt ſex: videlicet due latitudina
les: ⁊ eſt ſm̃ dextrũ ⁊ ſiniſtrũ: ⁊ due lõgitudiales vt ſupe/
rius ⁊ inferius. ⁊ due ꝓfunditatis vt ante ⁊ retro. Et hoc
idẽ faciendũ eſt in apoſtematibus ſplenis ⁊ pectoris: qꝛ
qñ apoſtema fuerit in parte dextra flobotomamꝰ baſili/
caꝫ ex pte ſiniſtra. ⁊ ſi fuerit in ſiniſtra flobotomamꝰ ecõ/
trario. Epar vero cũ ſit in vna dimẽſione vel extremita/
te dimẽſionis latitudinalis. ergo neceſſariũ eſſet vt flobo
tomia fieret per aliã pteꝫ. ⁊ hic baſilice lateris ſiniſtri: qꝛ
in ea cõtinuet̃ cõicatio ⁊ oppoſitio: ⁊ qñ nos ĩtendimꝰ fa/
cere euacuationẽ: cõicationẽ: ⁊ oppoſitionẽ cõtinentẽ: tũc
iuuatiꝰ eſt ꝑ oppoſitũ trahere mãꝫ ꝙ̃ qñ vnũ intẽdimus
ſolũ. ergo cũ fuerit neceſſe totuꝫ euacuare corpus: ꝓpter
huius neceſſitatẽ: tũc eſt neceſſe habere ambas ĩtẽtiões.
Sed quãdo nobis ſufficiet ſolũ mẽbrũ apatũ euacuare:
tũc nobis vna ſola ſufficiet intẽtio. ideo in maiori pte: qñ
intentionẽ habuimꝰ in talibus locis faciemꝰ attractionẽ
ſine euacuatione remouentẽ: ⁊ tũc poterit fieri cũ mem/
brũ euacuatione ĩdiget: ⁊ nõ totũ corpus. Et põt aliquan/
do eſſe: vt p̃ma intentio ſufficiens ſit ſilr̃ in aliquo loco: ⁊
fiet hoc ſoluꝫ tpe ſtatus apoſtematis ſicut minuit̃ ex ve/
na lingue in ſquinãtia facta. naꝫ ſi poſſemus mẽbrũ pro/
prium flobotomare cõueniẽs eſſet: eo ꝙ nõ ſit timendus
materie curſus. Sed tempus augmenti aggregat res am
bas: quia ſi nõ curaremus niſi ꝯmunicationẽ ⁊ nõ oppoſi/
tionẽ plus trahemus ad apata ꝙ̃ euacueret̃ ſicut in eo ꝗ
medicinis vtitur diſſolutiuis aperitiuis ante euacuatio/

nē qꝫ trahitur de sanguine ad membꝛ pluſq̄ diſſoluatur.
Et ſimiliter due cōſiderantur intētiones in paſſione vul-
tus quādo diminuimus de ſaphena: q̄uis ibi nō ſit oppoſi
tio niſi ꝑ longitudinē leui dimenſione. Et ſimiliter cum
uentoſis in egritudinibus oculoꝝ in fontanella colli: ⁊ in
fronte in paſſionibus occipitij capitis. Sꝫ minutio vene
que vocatur ſcylos in egritudine ſplenis a parte ſiniſtra
non comprehendit niſi communicationem: ⁊ ſi volumus
materiam deriuare ad partem oppoſitam fit illud in apo
ſtematibus pectoris ⁊ ſtomaci ⁊ occipitij capitis ligando
extremitates pedum ⁊ manuum. Et ꝓpterea prohibetur
in apoſtematibus vulue omnino euacuare cum ꝓuocan-
tibus menſtrua. Et ſimiliter in apoſtematibus epatis cū
ꝓuocantibus vrinam: ⁊ cū medicinis laxatiuis: qꝛ cū ta-
libus nō fit deriuatio ad oppoſita: ⁊ qꝛ impoſſibile videt
eſſe q̄ quādo tales medicine trāſeūt ſup apoſtematibus
quin eis relinquāt leſionē: ⁊ iaꝫ diximus q̄ hoc eſt vna ex
rebus augmētantibus apoſtemata: ⁊ ſimiliter ꝓhibitum
eſt euacuare apoſtema ſtomaci cū medicinis laxatiuis: et
gargariſmuꝫ in apoſtematibus gule: oris: ⁊ palati: ⁊ codeꝫ
modo omnino ꝓhibituꝫ eſt ꝓuocare vrinaꝫ in apoſtema
tibus renuꝫ ⁊ veſice. ⁊ h̄ omnia non ſunt prohibita niſi do
nec ipſa apoſtemata fuerint in augmento. Sꝫ quādo fue
rint in ſtatu non eſt maluꝫ vti talibus quoniaꝫ habent vi
goꝛare euacuationeꝫ mēbꝛi apoſtemati: q̄uis necni pꝛacti
ci faciant talia abſq̄ alia ꝓuiſione ⁊ deliberatione. Pꝛo-
pterea ꝯſiderādū eſt in apoſtematibus auriū partis dex-
tre ⁊ ſiniſtre in quo latere flebotomia ſit facienda: qꝛ ma-
nifeſtuꝫ eſt q̄ cefalica in ꝓno illo apoſtemate flebotoma
ri dꝫ. Et videtur q̄ ſi eſt apoſtema in aure dextra nō de-
bet minui de manu ſiniſtra: qꝛ cefalica dextra aggregat
cōmunicationeꝫ cuꝫ attractione ad contrariaꝫ parteꝫ: qꝛ
eſt infra longitudinis extremitatē nā mediuꝫ non eſt ex-
tremitas: quia nō eſt credenduꝫ. ⁊ maxime in coꝛpoꝛibus
plenis vt ſanguis non ad aurē dextraꝫ trahatur ab extre
mitate dimēſionis latitudinis oppoſite: ⁊ quādo euacua-
mus cefalicaꝫ ob hoc eſſet melius vt flebotomia fieret in
parte ſiniſtra: quia he due res aggregantur: vna eſt cōmu
nicatio: alia eſt oppoſitio ſm duas dimēſiones: eo q̄ iſte
operationes opponunt ſm longitudinē ⁊ latitudineꝫ: ⁊ ſi
poſſibile eſſet deſideraremus vt q̄ñ attrahere volumus
vt ibi omnes exiſterent operationes: ⁊ maxime quando eſt
repletio ſecundum vaſa.

## Capitulū. XXX. Quod eſt de euacuatione membro-rum principalium.

Et debes ſcire q̄ in euacuatiōe membꝛoꝛum
ꝓncipaliū penit᷒ neceſſarie ſunt due euacua-
tiōes: vna eſt flōmiaca: alia eſt farmacia ob hoc
qꝛ illa apoſtemata ſm plm̄ nō ſunt vnius hu-
moꝛis: ꝫ in illis aggregatur malicia q̄titatis
cū malicia q̄litatis. Sed tñ in euacuatiōe tu debes ſuper
humoꝛē dominantē ꝓuidere. Et Raſis teſtificatus eſt
qꝛ medici ſui tempoꝛis faciebant pleureticis ſoluꝫ minu-
tioneꝫ ⁊ moꝛiebantur. Sed ſignificatio ſecūde intētionis
ex apoſtematibus habita ſcꝫ membꝛa in quibus ſunt fa
cile non eſt ⁊ maxime quando refrigeratione indiguerit:
ꝓpterea qꝛ apoſtemata epatis ⁊ oris ſtomaci nō cōueniē
ter medicinas actu frigidas recipiunt: imo neceſſe eſt vt
actu ſint calide: q̄uis frigide potentia exiſtant: ſicut oleū
citonioꝝ ⁊ oleuꝫ mirtinuꝫ: ⁊ aliquando eis potentia cali-
dis vtemur: ſicut oleū maſticis ⁊ abſinthꝫ: ⁊ hoc facimus
vt virtutē conſeruemus iſtoꝛuꝫ membꝛoꝝ ꝓpter neceſſi
tatē coꝛpoꝛis ex iſtis membꝛis. Et cerebꝛuꝫ etiā non ſuſti
net medicinā multū actu frigidaꝫ: ⁊ quādo inducit neceſ-
ſitas rei ad vtendū ea miſcendum eſt cuꝫ ea medicina vt
ipſam ad ꝓfunduꝫ ducat: ſicut facimus miſcendo acetuꝫ
cū oleo ro. ⁊ hōc nō fit cauſa cerebꝛi cuꝫ ſit frigiduꝫ: ſꝫ vt
facilius per craneū ⁊ ſuas ꝯmiſſuras ad medullā cerebꝛi
peruenire poſſit: ⁊ hoc nō requiritur ꝓpter ꝓmā qualitateꝫ
ſed ꝓpter ſecūdā. Similr ⁊ oculi ꝓpter ſenſibilitatē multā
quā habent debēt ꝓſeruari a rebus foꝛtiſſimis ⁊ modica
tiuis: ⁊ albumē oui ſupponitur: eo q̄ res multas bonas in
ſe habet aggregatas. nā remotiū eſt ab omni moꝛdicatiōe:
⁊ lippitudinē abſtergit: ⁊ tēperate frigidū exiſtit: ⁊ ſigitur
ſupꝛa ꝓpter ipſi᷒ viſcoſitatē: ⁊ lac mouiter a mamillis mul
ſuꝫ aliquas ex iſtis virtutibus hꝫ: ⁊ ſup hoc hꝫ virtuteꝫ di
geſtiuā. Et aliq̄ñ conſiderant apoſtemata ex parte mēbꝛi
in quo ſunt ꝑ aliuꝫ modū vt nihil repercuſſiuū vel refri-
geratiuū ſup membꝛ ponatur hoc eſt q̄ñ apata fiūt in lo-
cis membꝛoꝝ ꝓncipaliuꝫ purgatiuis vt q̄ñ fit poſt aures
aut ſub aſcellis: aut inguinib᷒: q̄ꝛ q̄ñ iſta apoſtemata ge
nerantur in his locis ⁊ ipſa refrigerabis timenduꝫ eſt ne
ad mēbꝛ redeant ꝓncipale: quēadmodū illud qđ fit poſt
aures ad cerebꝛū: ⁊ illud quod ſub aſcellis ad coꝛ. ⁊ maxi-
me illa apoſtemata que procreantur per viā criſis omni-
no ab infrigidatione ipſius abſtinere debemus: eo q̄ pꝛo
pter has actiones materia redire poſſet ad membꝛa pꝛin
cipalia quemadmodum fugimus repercuſſionem apoſte
matis pulmonis: eo q̄ coꝛdi vicinus exiſtit. Iſte aūt ſunt
demōſtratiōes recepte a mēbꝛis: ſm ꝑdictas duas inten
tiones in curatiōe apatū. ſ. remouere cām ⁊ īfrigidare ma
lam cōplexionē ꝓuenientē ab eadē: q̄uis intentio ſcđa
colligantiā habeat cū ꝓma: eo q̄ frigida ſunt repercuſſiua.
Et qđ dictū eſt ſemꝑ meminiſſe opꝫ hoc eſt vt apoſtema-
tibus mēbꝛoꝝ ꝓncipaliū q̄ ſunt ſicut epar ſtomacū cere-
bꝛū ⁊ ſplen. eo q̄ iſta mēbꝛa operationē faciunt cōeꝫ toti
coꝛpoꝛi: ⁊ habent colligātiā cū coꝛde: ⁊ ꝓpter hoc eoꝝ vir
tutes cōſeruare debem᷒ miſcendo ſemꝑ ſtiptica ⁊ aroma
tica cum reſolutiuis. Et diſſolutiua ſunt ſicut emplaſtra
q̄ fiunt cuꝫ medula panis: oleo oliue ⁊ melle. ſtiptica vo
cuꝫ aromaticitate ſunt ſicut abſinthiū maſtix ⁊ citonia.
Et dictū eſt q̄uis a me nō ſit bene cōceſſuꝫ q̄ q̄ñ apoſte-
ma in gibboſitate epatis exiſtit: q̄ euacuari dꝫ ꝑ ꝓuocan
tia vrinā. ⁊ q̄ñ in cōcauitate exiſtit per farmaciā: ⁊ iſta me
dicamenta a cōmunicatiōe mēbꝛoꝝ accipiunt. Et ſcias
q̄ medicine vrinā ꝓuocātes foꝛtes eſſe debēt: ⁊ ꝓpter lo
ci remotionē inueniēdo debilitant: eo q̄ in eꝑe alterant
ſed que euacuant per cōcauitatē poſſe tantū nō opꝫ q̄ ha
beant. Et iſte mod᷒ credēdus eſt in oīb᷒ mēbꝛis ad q̄ ve-
niunt medicine cū multa digeſtiōe ſicut eſt pulmo cui ca
ſus iſte ſeruat. iſta ſignificatio eſt ſumpta a loco mēbꝛi.
Et medicine ꝓuocātes vrinā in egritudib᷒ epis oppila-
tiōes apiūt: ſic eſt abſinthiū ⁊ eupatoꝛiū. nā iſte due ꝓꝑie
tatē hñt in epate quēadmodū ſcolopēdria in ſplene: ⁊ coꝛ
tex capparis. Medicine vero q̄ faciliter ſoluunt vētrem
in apatibus cōcauitatis epis ſunt ſic aq̄ Alubleb ⁊ carta-
mi. Sed euacuatio ſplenis per farmaciā exiſtit. Et ſi apa
ta iſta inueterant: tūc foꝛtioꝛib᷒ indigem᷒ medicis ſolu-
tiuis: eo q̄ mēbꝛoꝝ iſtoꝝ natura eſt vt in fine idurent in
eis apata: ⁊ maxie calida: ⁊ h̄ maxie accidit epati: ꝓpter
viſcoſaꝫ ⁊ ſpiſſaꝫ ſubam. ⁊ ēt in renibus apata indurant
ꝓꝑ duritiē ſue ſubſtātie. ⁊ in ſplene ꝓꝑ groſſicieꝫ ſui nutri
menti: ſed ſplen ipſe rare ſubſtātie eſt. Sed medicie que
ſunt foꝛtis reſolutionis in ꝑdictis apoſtematibus ſunt ſi-
cut radix lilij celeſtis. ẏſopus: centaurea. ⁊ ariſtologia ro-
tunda. ⁊ his ſimilia: ⁊ hoc fieri debet poſt fractionē eoꝝ
ſiccitatis cum radice liquiritie. ⁊ his ſimilibus. Et ſcias
q̄ neceſſe eſt vt q̄tum eſſe poteſt vites ne iſtoꝝ mēbꝛo-
rum apa ad ſanie perducas: ⁊ maxie apoſtema pulmōis:
ob hoc qꝛ ſi perducis ipſuꝫ ad ſanie ꝑfectā curationeꝫ nō
habebis: qꝛ aut indurabitur: aut eger perdetur: ⁊ medica
tio apoſtematū quando cū ſanie aperiuntur ingredit ec-

dinem medicationis vlcerū. Propterea ſcias vnū ꝙ ꝓpriū eſt mēbris apatis ſubtilē cutē habētibꝰ: ꝙ ab ipſoꝝ pncipio penitꝰ ſanies reſudat ex eis: ⁊ ꝓpterea ꝯueniēs ē ab ipſoꝝ pncipio in ſuis medicationibꝰ adhibere abſterſiua vt mūdificent̄ meatꝰ: ⁊ ſi in ſanie ipſa groſſicies fuerit miſcēde ſunt res icīſiue: ⁊ talia mēbra ſunt ſicut pectus: ⁊ pulmo: epar: ſtomachus. ꝓpterea neceſſe eſt vt iſta abſterſiua ab oī mordicatione ſint exēpta: ⁊ iſte res ſunt ſicut aq̄ ordei: ⁊ pultes furfurū cōdita cū amigdalis amaris: ⁊ ſemine melonis: ⁊ elim atriplicis cū oxiçacara. in apate epatis ꝓpriū exiſtit. ſcariole qdeꝫ loco atriplicis poni pñt. In apatibꝰ vͦ pectoris ⁊ pulmonis res in qbus ponit̄ acetū ſunt fugiēde: vt multū nociue. Et medicine q̄ eis ꝯueniētes exiſtunt ſunt capilli veneris ⁊ liqritie: ⁊ ſyrupus viol. ⁊ etiā ſemina melonis ſunt optima in iſto caſu: ſꝫ medicatio apatū q̄ in iſtis ſunt mēbris eſt alia inq̄ꝫtū ſunt in talibus mēbris q̄ꝫ inq̄ꝫtū apata exiſtūt: ꝓpter hoc: qꝛ ēt declinatiōis tp̄e eoꝝ medicine ab aliqua ſtipticitate nō denudant̄: ⁊ in pncipio abſterſiuis. Et qñ apata fiunt in inferioribus inteſtinis ſm noſtrā itentionē cliſteria ſunt meliora: quēadmodū ſi in partibꝰ ſupioribus fuerint exhibite res per os ꝯueniētes eſſe vident̄: ⁊ hec ſignificatio ſumitur ab intētione loci. Sed in apatibꝰ gule oīno vtimur medicinis reſolutiuis ⁊ ꝯglutinatiuis vt adhereāt locis ī ſuo trāſitu: ⁊ etiā ponēda ſunt narcotica tranſglutiēdo ea paulatine: vt diu in trāſitu habeāt ꝑmanere. In apatibus vero cerebri in declinatiōe neceſſarie ſunt fortes medicine: ⁊ maxime qñ ſunt de nā declinantes ad frigiditatem. quēadmodū ſunt flegmatica: ⁊ tales medicine ſunt ſicut oleū de caſtoreo ⁊ ſilia: ⁊ hoc nō requirit̄ niſi ꝓpter regimen mēbri: qꝛ eſt ꝑ ſe humidū ⁊ paſſiuū: ⁊ qdaꝫ euacuant māꝫ huius apatis cū vētoſis poſitis in parte cerebri poſteriori. ſed talis euacuatio eſt timēda: eo ꝙ forſitā in corpore exiſtit ſupfluitas que ꝑ ventoſaꝫ ad mēbrū apatū poterit ꝑuenire. ꝓpter hoc talis cura nō eſt faciēda niſi cuꝫ ſecuritate habebimꝰ ꝙ humores nullatenꝰ ad locū diſcurrere poſſint inde. Sed hec medicatio in pncipalibꝰ membris ē ꝑiculoſa. ¶ Huc uſq; docui breuiter medicationeꝫ mēbroꝝ apatoꝝ inq̄ꝫtū apata ſunt in talibus mēbris adiuncta cū medicatiōe inq̄ꝫtū ſūt apata: ob hoc qꝛ medicatio apatū inq̄ꝫtū in mēbris officialibꝰ exiſtūt: nō niſi iſtis modis cōplet̄: qꝛ medicatio que in carne ſimplici exiſtit nō eſt neceſſarie vt agat: niſi inq̄ꝫtū ſunt apata. Sꝫ in multis iſtoꝝ apatū nō idigemus cōſideratione in cauſis efficiētibus ipſa: ſicut ſūt apata facta in carne molli cauſa reruꝫ extrinſecarū: ⁊ corpus mūdū extiterit: ſufficit in cura ipſoꝝ apoſtematū oleū calidum ſoluꝫ.

## ¶ Cap. XXXI. Quod eſt de cura apoſtematuꝫ frigidorum: ⁊ aliorum apoſtematū ſpecialium.

